¶ Ad tertiū Gal.14.terrapen.maxime ad glādulas in trinſecas que extrinſecarū ſunt cauſe ꝓſulit thiriacā atha naſiā atq; homoruſiā:z medicamen qđ per craticā nepi tam aliter calamentū fluuiale ꝓſtruxit. ¶ Plures alias potiones z ekaria olea etiā ad inȝciēdū per aures:z em perica multa.poſuerūt noſtri p̄deceſſores que in operi bus meis nō acceptaui. ¶ Lōcedo tñ q; virtute diuina ſereniſſimus rex Francie tangēdo liberat multas:z hoc eſt de regimine z ꝓceſſu uł. ¶ Particularis ſiue loca lis ꝓceſſus maximaꝫ ſumit diuerſitatē a ſba quātitate:z natura mēbri z corporis. Tpis aūt duratio lz nō iudicet curā:iudicat tñ qualis eſt diſpō.14° terrapē. ¶ Et q̄uis a p̄dictis poſſunt ſumi multe indicationes z intētiones. Reducank quātū eſt de p̄ſenti ad ſex. ꝑmo molles pue que uocank lupie: qñ ſunt in mēbris firmis: que ꝓpter paucā durittē ſuſpicank hēre tenerā chriſtim:ꝓſtringunk z deſiccank. ¶ Scōo malores nō multū dure nec inue terate ad modū apatuz flaticoꝝ mollificank reſoluunk z cōſumunk. ¶ 3° ſantoſe z apoſe aperiunk z mūdificank ¶ 4° que nō poterūt cum p̄dictis curari z ſunt mobiles z tractabiles incidank z exhank. ¶ 5° que tales erūt im mobiles z infiltrate atq; late corodank z mūdificentur. ¶ 6° que tales z pedē ſiue radicē hēbūt gracilē ligenk z euellank. ¶ Primū cōplek ut tales ꝑm Auic.ꝓterank z cōprimank:deide ſup ipſas ſtringak cū graui ligatura plūbū:qm ut ait digerit ip̄m. Primo eni fricek lupia cuz manu:ut aliqualr calefiat z mollificek:deide tenēdo pti culā firmiter cū fundo ſcutelle:aut cuz aliq̄ ſolida linea: totiēs z talr pcutiak donec euaneſcat:z cū chriſtis iterio fuerit delaniata:z mā ſparſa:z ſtatim deſup laminā plū bi ꝑm quātitatē lupie cū bindello duoꝝ capituz ſtricte z firmiter ligek:z de nouē diebꝰ nō remutek. ¶ Rogeriꝰ tñ p̄mittit vnguētū factū de plūbo uſto z caligine ſābuci ſeu ficus cū oleo z aceto:qđ brunꝰ accepit. ¶ Theodori cus p̄mittit empł̄m factū de aloe acatia mirra olibano z ſarcocolla cū aceto ſeu albumie oui. ¶ Henricꝰ p̄mittit z ſuper laminā ponit etiā puas plagellas de ſtupis infu ſas in albumie oui inſpiſſato cū ſale z alumine ꝯccari no. ¶ Scōm cōplek ultra auxilia flaticoꝝ apatū ſupius poſitoꝝ que ad ȝ z ad oēs hernias cū ſequētibꝰ ſunt uti lia per qđā empł̄m Gal.cathagenoꝝ qđ diſſoluit exitu ras groſſas:z ꝓfert patiēti ſcrophulas z apatibꝰ que fiūt in radice auriū z podagre:z in multis aliꝭ facit opꝰ lau dabile. In ultimo. ℞. olei veteris. ℥. xij. picis ficc. ℥. vj. laudani. ℥. iij. litargiri. ℥. xij. viride eris. ℥. xiiij galbani. ℥. iij. terak litargirū cū oleo z coquak:z cū erit iſpiſſatū ſup ponak pix z viride eris:z ultimo ponak laudanū z piſtē tur in mortario:z uſui reſuenk. ¶ Scōm Raſ.ſilr eadē intētio z multos alios cōplek cū dyaquilone coi z yrea to. Luiꝰ forma ſtra in antidotario ponek:in quo ad vnaz librā dyaglonis malaxek. ℥. j. pul. radicis yreos:aut cuz dyaglone magē hebē ℳeſ. Luiꝰ foꝛa dicek ſtra. ¶ Ipſe etiā Raſis vir magne expiētie ꝓſulit ſtercus antiquum caprinū cū melle z aceto ſuꝑ ignē empł̄atuz:aut empł̄m factū de ſenugreco ſe.lint:ſemie caulū cuz mucillagine maluauiſci confectis:z eſt bñ maturatiuū. ¶ Haliabas cōmēdat iſtud. ℞. farine fabarū:farine ordei:cuiuſqz.ℨ.x radicis ligritie.radicis altee picis cuiuſqz.ℨ.v.cere albe adipis anſerini cuiuſqz.ℨ.x.terank z icoꝛporenk cū oleo antiquo:z urina pueri v̄ginis:z ſup lento igne fiat ēpł̄. ¶ Ex auxilijs Auic.hoc accipio. ℞. ſtercoris uaccaruz. ℥.ij. radicis caulū.radicis capparis.ſquille ficuū piguium.aā. ℥.ſ. lupinoꝝ bdelł̄.aā.ℨ.ij. mellis aceti.aſſungie poꝛ.fecis olei antiq.aā.qđ ſufficit.fiat empł̄m. ¶ Bru nus ꝓbauit in oibꝰ apatibꝰ duris:z Theodoricus ab eo accepit armōiacū bdeliū galbanū oiuz ptes eq̄les diſſol uank in aceto per tres dies qbꝰ ſuꝑ ignē addak furfuris ſtilis qđ ſufficit:fiat empł̄m. ¶ Rogeriꝰ ad ſcrophulas ℞. radicis filicis affodilloꝝ:z ſi adderet ebuloꝝ bonum eſſet.coquank in optimo vino:z piſtādo addak modicū de ſulfure viuo.z fiat empł̄m. ¶ Magiſter meus mon tiſpeſſulani ſumme laudabat empł̄m factum de limacijs 12.coctis cum vino aut lixiuio cinerum clauellatoꝝ: aut cum capitello.imo qđ foꝛtius erat eis qualibet die vnaz ſiccam:aut confectam adminiſtrabat.

¶ Tertia itētio cōplek coiter cū p̄dictis: nā oia reſoluētia mollitiua qñ iueniūt mām repugnātē reſolꝛoni:māz ma turāt z iſanīāt:ꝑcipue ſi fuerit dulcis mā:aut cū ſāguine aſſociata. ¶ Haliabas tñ appꝛobat ad maturādum eas empł̄m factū de farina ordei z olibano atq; pice cū uria pueri icoꝛporatis. ¶ Auic. ꝙo ad refrenādū furiā cali tatis ꝓſulit farinā p̄dictā cū aqua coriādri:z foꝛtiꝰ illo fit de mirra cū duplo ſui de licio cū aqua dicta. ¶ Jpis aūt maturatis:qđ ſcies per ſigna ſanici apiank aut ſecenk z mūdificenk cū vnguēto apl̄oꝝ ad chriſtianos relato ſana tiōis magne in ſcrophulis malis z ulceratis:aut cuz vn guēto egyptiaco Raſ.in antido.dicēdo:z cū dyaglone: aut cū dyapalma deſup ponēdo. ¶ Et ſi eēnt in loco in quo oſſa eſſent ꝓtaminata z coꝛrupta:ut in iūcturis dice tur ſtra:aut aliqua mala morigeratio adducta: regantur cum regimine ulcerum ad que determinantur.

¶ Quarta itētio cōplek ꝑm doctrinā albucaſis quē in hoc ſequunk oēs ꝑterq̄ in expiēdo mām cum itromiſſo:qđ foꝛtē facit:q; ꝓtinētes hūores ꝑm lōgū apit z mūdificat: ꝓtinētes ꝙo res duras ꝑz crucē ſecat z excoriat. Quicqd fit glādulas z ſcrophulas z tales excreſcētias tractabiles iubet cū digitis app̄hendē:z ꝑm lōgū findē z excoriare cū aliquo ſpatumie ꝓtuſo z nō acuto:elōgādo labia cuz vncinis:z eas cū floſculo ſuo totalr exhere:q; alias redi ret. Et vulnus ſi neceſſe eſt ſuere:z reliq̄ ulcerū curatio ne tractare. ¶ Ego aūt pp meliꝰ exhē app̄hēdo deſuper cutim:z cū foꝛpicibꝰ ꝑm q̄ntitatē excreſcētie in foꝛma folij mirti qđ ſup eſt de cuti icido:z in reliqs ut dictū eſt ꝓce do. Si aūt ſanguis te pturbat:iubet eū cū auxilijs ad ſā guinē reſtrigē:z poſtea'ad opationē redire:paruū autez fluxū cū ſpongia ſtupis:aut cotone ifuſo z exp̄ſſo in aq̄ z aceto exiccādo ego reſtrigo. Si ḡ aliq̄ uena digna rō ne ꝓtinuak cuz pede iubet eā ligare:z ita quouſqz cadat dimittere uel p̄mittere. ¶ Si aligd de chriſti aut floſcu lo uł de aliquo exneo remāſerit iubet ꝓſumere in p̄mis diebꝰ implendo vulnus cū cotone uel ꝓſili ifuſo in aliq̄ aq̄ ſalita. Ego aūt in albumie oui cum alumie iſpiſſato. Poſt ꝙo cū vnguēto egyptiaco uł aliquo de coꝛroſiuis. In oibus aūt iſtis opationibus:qđ apata ſedat iubet ap ponere.ꝑpter hoc igitur ſuper totum ſtupatam infuſam in albumine oui z oleo roſ.ſuperappono.

¶ Quita itētio cōplek ꝑm Brunū:z ſequētes ip̄m q; cu tis cū cauſtico ꝑm q̄ntitatē excreſcētie rūpak z caute ꝓuek ne ad alias ptes diffundak. Et ad ȝ nō fallit:z opōnē tu uat ruptoriū de calce z ſapone:z opationez ſuā pficit ſal tim in.12.horis:z ſi ſtaret ampliꝰ nō eēt malū. deinde fin de in medio eſcare ꝑm lōgū ꝓfundādo uſqz q̄ſi ad viuū z iciſurā incarcera cū aliq̄ lichinio de aliq̄ coꝛroſiuo ſeu foꝛti medicamine a puluē affodilloruz ultra. Et lz multi multa ponāt:z in antidotis multa noiabunt:arſenicum ſublimatū z ꝑparatū:qui ſcit eū bñ ducē obtinet p̄ncipa tū. ut ſtra dicek in ruptura. ℳodus aūt ducēdi z guber nādi taliuz certitudialr deſcribi nō pōt in 3° terrapētice. Eſt eni arſenicū foꝛtis z violēta medicia cōmouēs febres z accītia mala:in pua q̄ntitate magnā facies opationez. Quātitas cois eſt mediet as grani frumēti in foꝛtibꝰ z lōge a mēbris p̄ncipalibꝰ plus:in ȝrijs minus:meliꝰ eſt ſp reiterare q̄z in vna vice nimis ponere.p tres dies durat opatio ſua:q̄re iterim teneat ifirmus regimē: ac ſi hēret febrē z mēbrū z ptes adiacentes cū populeone ſolatro z aceto:z aljs iſridātibꝰ defendant. ¶ Qñ aūt ꝓſtabit tibi p duritiē z tumorē eſcare q; glādula eſt coꝛrupta: ex tūc ꝓcura caſum eſcare cū butyro lauato cum modico de

farina frumẽti ispissato: aut cũ assũgia uel aliq̃ nõ salito vnctuoso. Et post casum escare: si aliqd remanserit cum pul. affodilloꝝ: aut vnguẽto egyptiaco ꝓsumat. si vo totum est ꝓsumptum more alioꝝ ulcerũ ꝓsolidet.

¶ Sexta intẽtio cõplet cum ligamine de seta: aut de pilis equoꝝ stringẽdo de die in diẽ ligamine posito: aut ponẽ do aliud quousq; excrescẽtia fuerit desiccata. Quando ligamẽ cum aliquo corrosiuo z sedãdo dolorẽ cuz albumine oui: aut oleo populeone: aut cum aliquo sedatiuo. Et postq̃ ceciderit more superius dicto procuretur.

¶ De sephyros siue sclirosi uel schiros: z apostematibus melancolicis. Cap. V.

**Empus** igit est tã ptrãsire ad aliõ tumoꝝ genus: de humore. vz. melico gñato hñs duplicẽ diam. s. uerũ z non uerũ: ut z alia apata. Est eni uerũ apa qd ex melia fit nãli: que nihil aliud est q̃z sanguis grossus qui in massa sãguinaria ad nutriẽdũ membra melica repit. Nõ uerũ vo qd fit ex melia nõ nãli. ¶ Melia est humor fridus z siccus ex grossiori pte ipsi⁹ chili gñat⁹. Et est duplex: nãlis z nõ nãlis. Nãlis est boni sanguis sex z turbulentia insba grossa: in colore declinãs ad nigredinẽ: in sapore ad ponticitatẽ z acredinẽ. Non nãlis est que deuiat ab ista ifra termios siue latitudinis: quos si trãseat nõ est melia sed alter humor. Qõ ꝓtingit q̃druplr. vno mõ in se qñ adurit z putrefit: z efficit colera nigra acida que si ꝓjciatur supꝑ terrã bullit: sicut acetũ z muscẽa fugiũt. 2° mõ qñ fit per adustionẽ alioꝝ humoꝝ: utputa colere aduste: qñ ultra adurit: z est etiaz ita malitiosa: q̃ bullit z muscẽa fugiũt. Qñ sanguis z flegma adurunt. Efficit etiam inãlis melia per adustionẽ. Iste eniz due spẽs magis sũt mites ut dicit Auic. Bak. tñ z Haliabas non faciũt mẽtionẽ nisi de duab⁹ ꝑmis. Tertia vo efficit melia inãlis per ꝓgelationẽ z indurationez: aut ab exẽ ex flegmone: z apatibus de humorib⁹ nãlib⁹ qñ indocte ifrigidant aut resoluunt: subtile tũc resoluit z grossiuz petrificat z in melancoliã reducit. Quarto mõ efficit inãlis qñ alter hũor uenit sibi de foris: qui tñ oẽs dulcorãt eã: exceptis coleris duab⁹ adustis. ¶ Ex qb⁹ appet q̃ ex melia quatuor gñant apata. ¶ Primo ex melia nãli gñat sephyros siue sclirosis uera z certa flegmonica geta cui est aliquis sensus absq; dolore. ¶ Scdo ex melia inãli per adustionẽ tria fiunt apata ut sephyros flegmonides vndimiades z herisipillades. ¶ Tertio ex melia inãli per ꝓgelationẽ z indurationẽ gñat sclirosis uera z certa duratica cui nõ est sensus nec dolor. ¶ Quarto ex melãcolia in nãli per adustionem generant omnes species cancroꝝ Est autem sclirosis siue sephyros apostema duruz quietum sedatum z indoloroſum.

**Cause** ipsi⁹ sunt triplices: ut z aliorũ apatũ: ꝑmitiue videlz ut est regimis malitia multiplicantis melia z sanguis grossitiẽ. ¶ Añcedẽtes humor melicus mltiplicat⁹ z male a splene attract⁹ z pessime a corpe expulsus. ¶ Cõtucte sũt ipamet melia in pticula icuneata

**Signa** z iudicia sunt tumor durus cũ sufficiẽti resistẽtia: z color in medio roboris z nigroris: q̃lis est fecis color: uocant aũt plurimi medicoꝝ liuidũ. Et si uenas dignas rõne hẽat pticula vident eleuata: ut in uẽtre multoꝝ epaticoꝝ excernunt ꝓut hec legũtur. 14. terapẽ. Et cũ hoc adsũt signa significãtia melia. ¶ Apostemata melica inciptũt utplurimũ apparẽ pauca z paulatim deueniũt magna. Et quedã sunt solum in vno mẽbro: quedã mutant de vno mẽbro ad aliud: z nominat fermes ꝑm Aui. ¶ Amplius apata melica multotiens terminant per resolonem: sepe tñ remanẽt indurata: plurimum etiam in cancrum reuertuntur.

**Curatio** tres habet res. ꝑma est in vita. secũda in materia antecedẽti. tertia in conjuncta. ¶ Uita ipsoꝝ ordinat in reb⁹ nonnãlibus sobria z moderata: declinãs ad calidũ z humidũ: utat enim bonis cibariis euchimijs bonuz sanguinẽ gñantib⁹ ut est panis frumẽtaceus depurat⁹: bonũ vinũ: z bone carnes gallinarũ z ceretoꝝ porcoꝝ: z brodijs ipsarũ: z ꝑcipue gallinarũ. nã ipsarũ brodiũ reparat totã nãz utant spinachijs boraginib⁹ lupulis lactucis: z talia que sanguinẽ hẽt purgare. Caueãt oia que melicũ sanguinẽ gñant: que i 3° de iteriorib⁹ nũant: ut sunt carnes bouine z caprarum z asinoꝝ: z camelloꝝ vulpiũ lepoꝝ atq; canũ z siluestriuz porcoꝝ: z ut sunt pisces bestiales z obstracosi: oleruz vo brasica. i. caules rubee: z leguminũ lenticula vilissimus est cib⁹: z panes furfurei z legumiosi. Sed z vinoꝝ que grossa z nigra: z ueteres casei. Caueant ẽt a testis assatis frixis salatis acetosis z acutis uelut sunt allea cepe piper sinapis z oia sanguinẽ adurẽtia. Caueant ab ira z sollicitudie: z nimio exercitio z vigilijs superfluis. uentrẽ teneant laxũ. letitiã diligãt z trãquillitatem. ¶ Be 2° ꝑcipit Auic. ut corpus mũdificet z flomet: z ad hoc laudat hebẽ Adeb. sene epithimũ polipodiũ fumũterre lupulos z uolubilẽ cassiãfist. mirabol. indos atq; lapidem laçuli. dyasene dyacatholicon yera ruffini ad hoc sunt assignata. ¶ De tertio teneo me cũ Auic. q̃ caute agat. nã mãtate est malitie: q̃ si indocte resoluat petrificat: si nimis mollificat timẽdũ est q̃ corrũpat: z in cancrũ ꝓuertatur. ꝓpter hoc eniz tpe ꝑcipit facẽ duas reuolutiones. ꝑmã mollificãtiũ. scdam resoluẽtiũ. Et q: istas reuolutiones sigillatim eẽt difficile absq; errore ordinare pro tãto est tuti⁹ talia auxilia ordinare que mixtã hẽant ꝓtutẽ: mollificatiuã videlz z resolutiuã cũ quadã a ꝓncipio repcussione. Ad hoc aũt Auic. ordinauit multas formas: q: tñ ꝑ priores sunt sclirosi ex flone seu herisipilla gñato ut i capo sequẽti oñdet. Assumo post quãdã refrenationez factã in ꝓncipio cum aligb⁹ domesticis medicamẽ Raſ. 7° Almanſ. Qõ recipit bdelij armoniaci galbani ptes eq̃les que cũ oleo de ben aut de lilio mollificato in mortario terãt: deide mucillago. fenu. semi. liniz: z ficuũ que eiusdẽ sint quãtitatis: cui⁹ sunt oia ꝑdicta: sumank: z oia simul terank donec vniank z emplastrenk. ¶ Ad idem Ba. cortices radicis maluauisci coctas: z cũ assungia galline ptitatas z incorporatas sũme cõmẽdat. ¶ In casu tñ in quo materia sanitarẽ caute ꝓcede: ut dictum est fine calefactiõe z incarnatione: timore tñ incancrenationis. Et si aperiat oyaquilon fit tibi assiduus: si indurat z trãsit in lapidẽ ad capm sequẽs recurrendũ est.

¶ Capm adminiculatiuũ supiori de sclirosi z apate melancolico ex melancolia innaturali per congelationez z indurationem flegmonis generato.

**Quando** aũt ꝓtingit. ut supꝑ dictũ est q̃ flegmõ nimis ifrigidat: ita q̃ mã ipsius cõgelat: aut ita fortiter resoluit q̃ subtile euacuat: z remanet in pticula humor viscosus z grossus qui eã idurat: z sclirum gñat: z de isto ꝓncipalr dicẽt hic. Quãdoq; ꝓtigit indurari pticulã ꝓpter tensionez uentositatis aut humiditatis: de quo dictuz est in apate uẽtoso z aquoso: Quãdoq; ꝓpter priuationẽ z deficcationẽ materie de quo dicetur infra de durities iuncturarum.

**Signa** z iudicia eius sunt: q̃ est tumor durus z insensibilis: z aliqualr indoloroſus non habẽs aliũ colorẽ q̃z corporis. Igit isensibilis quidẽ subintus: idest totus durus insanabilis est: dissensibilis vo nõ sanabilis quidẽ neq; aut facile sanabilis in 2° ad glauconem: durus per deficcationem z marasmationem nõ sanatur. Satis enim est si quis ꝓhibeat ficcari non cito ut infra dicẽt de macredine z pinguedine. ¶ Quando in sclirosi supuenient pili non sperat sanitas. ut dicit Auic. ¶ Amplius magnum z durum qd est cũ colore corporis non sanatur neq; vnq̃ permutatur.

**Cure** vo eius cõmunis intẽtio in. 14. terap̃. est euacuare omne quod ꝓter naturaz in pticula

ptinet. ¶Modus aūt ꝓprius eūonis est. purgare quidē oportet illud qđ difficile solutū inheret. Igit si repente si mul attrahētibus ⁊ euaporātibus farmacis tētaret quis euacuare sine mollificātibus in paucis gdē die⁹ videt melioramētū accipe. Mō tū hēt hoc: q: reliquū dispōnis vniūso leptomero idest subtili euaporato isanabilem: ⁊ similē coagulationi lapidee dimittet: ꝓpterea igit in du ris dispōnib⁹ nullū eox que fortiter calefactūt ⁊ deiccāt farmacox ꝯgruū est. Sola vo quecūq; mollificādo eua porare pnt apta sunt huic opi. puta ceruina medulla vi tullina ⁊ adeps capna. Adhuc aūt cū his armoniacū gal banū bdeliū ⁊ storax ligda. Sed etiā radix altee: ⁊ folia maluarū siluestrtū que ubicūq; reperiunt cocta ⁊ pistata cū assūgia anfina seu galliacea utilis est ualde. ¶ Aui. vo defendit assūgias salitas: ⁊ addit ad ꝓdicta masticem laudanū ysopū humidā fordidē balnei stercus asini: ⁊ fe ces oleox de lilio alcāna: ⁊ de cherua. ¶ Et cuz apa fue rit uehemētis grossitiei nō est excusatio ab aceto. Sed in eius admistratiōe sit cautela: q: fortiter penetrat ⁊ icidit: ⁊ neruos pcutit. ¶ Et iō Gal. in coxa sclirosata illi⁹ pue ri ꝓmisit fomētationē cū oleo sambucio: deide acetū cū armōiaco apposuit. ¶ In thenātib⁹ vo cū lapidib⁹ pirita lib⁹: seu marcasitis uel rubeis molēdini ignitis in aceto ꝓiectis stuffando locum magica arte: ut dicit faciebat fo mētationē: tū cū oleo ꝓmittebat ⁊ emplm ꝙueniēs super apponebat. Quod magis explicabit: dū de durītie que remanet post algebras tractabit. capło de artetica in 6°.

¶ Caplm adminiculatiuum de apostemate cancroso.

**Cancer** equocat ad duo videlz ad cancrū qui est apa de quo dicet hic. Et ad cācrū qđ est ulcus de quo dicet ifra. Lācer ergo ut est apa est tumor durus rotūdus uenosus fuscus uelociter addēs ingetus calidus: ⁊ indoloros: vide in de tumorib⁹ ꝓter naturā. Que vo in carne nigra ꝓuenerit colera mordax quidē existēs corrodit cutim ⁊ ulcus operat. ¶ Mordacio: vo est qui sine ulcere operat cancrum. ¶ Incipit aūt utpluri mum obtuse ꝓm quātitatē cicris: aut fabe: ita ꝙ vix ad modū paruarū plantarū cognoscit: demū auget intantū ut neq; puerum lateat. 14. terapen.

**Signa** ⁊ iudicia sunt ꝙ hēt sbam durā liuiduz co lorē ⁊ tenebrosuz: uenas in circuitu ad mo dum pedū cācrox eleuatas cū dolore: ⁊ exnea caliditate cancer ex toto gñie est egritudo pnitiosa. Lācer ut pluri mū accidit in mamillis ⁊ locis glāduloſis ꝑcipue mulie ribus qñ nō hnt mēstrua: ⁊ viris qb⁹ emorroydas dese cerūt. Lācer est ptcularis lepra. nā melia adusta in vna ptcula icuneata cancrū facit: aut uarices: dispsa per cox pus facit lepā in 2° ad glauconē. ¶ Lācer ꝓfirmatus nō curat nisi radicitus extirpet. Et ideo de nō ulcerato effi cit ulceratus. Mō tū est pessimum iuxta illud Hypo. 6° aforismox. Quibuscūq; cancri abscōditi fuerit hos nō curare melius est q̄z curare. Curati enim citius pereūt: non curati aūt longum tempus perficiunt.

**Cura** cancri nō ulcerati tres habet intētiones. ꝓma vitaz ordinat. 2ª mām ancedentem adequat. sed tertia locum particulariter pertractat.

¶ Prima itētio cōplet cū regimine dicto in sclirosi siue se phyros. Et ꝓprie qñ in cibis eox ponunt ea que infrigi dāt ⁊ humectāt ⁊ generāt mām saluaz: sicut aqua ordei ⁊ pisces petrini vitella ouox sorbilia: ⁊ filia illis. Et qñ est ibi caliditas: tunc det lac uaccinū a quo butyrum est ex tum. ⁊ de oleribus usq; ed cucurbitam.

¶ Scda itētio cōplet cū purgatiuis tā dictis: epithimus tū in hoc obtinet ꝓncipatū de quo. ʒ. iij. ul. iiij. cū sero capri no de 3° in 3m die ꝓcedunt a Gal. ⁊ yerā elli ꝓcedit Aui. In cācro ꝓm Gal. in 2° ad glauconē nō est icōgruū: si nō est ꝙ ꝓhibeat flōmare: nec non ab his eūonib⁹ abstine at ꝓm Haliab. cuz semel aut bis euacuauerit. Sed tū il lud fac donec totaliter humor fuerit euacuatus.

¶ Sed 3ª itētio pficit cū medicinis domesticis: ⁊ nō mor dacibus mixtā hūtibus vtutem refrenādi: ⁊ euaporādi. ¶ Mā aūt grossa est inobediēs ⁊ male morigerata: ⁊ iō sufficit: si totalr nō curat ꝙ augeri ꝓhibeat: aut ne ulce ret defendat ꝓm Aui. Et ad hoc laudat Gal. 2° ad glau conē succū morelle: ⁊ cū eo ponsiliginē addit. pp qđ the odoricus vnguētū dyaponsilogon ordiauit. Q. ð. ℞. oli ros. cere al. aā. ʒ. v. succi granox rubeox morelle siue so latri. ʒ. iiij. ceruse lote. ʒ. ij. plūbi usti ⁊ loti pōsilogos qđ est tucia. aā. ʒ. j. thuris. ʒ. ſ. fiat vnguētū. ¶ Ad idē Gal. videt in ꝑ° meamir. ℞. litargirtū puluerizatū ⁊ cerusam cū oleo ros. ducēdo i mortario de plūbo cū pistello eius dem ad solē quousq; recipiāt colorē plūbi: fiat vnguētū ut in 6° de tinea dicet. Quātū aūt ualet vt⁹ plūbi in dispō nib⁹ cancrosis scit ille qui ex illis expt⁹ est: ⁊ qui legit. 9° de simplicib⁹ medicinis. ¶ Mro eadem dispōne laudat Auic. emplm de cancris fluuialib⁹: ⁊ ꝓprie cum climia. Auic. aūt icidē radicit⁹ ꝓcepit cācros puos in locis qb⁹ capi pnt. Et iubet exhmē sāguinē vndequaq; ⁊ postea cauteriçare. Et ly Gal. hoc inuat: ꝓpter timorē tū emor roſagie ⁊ quersionē ad ulcerationē. Ego cū regimine di cto pp scandala que vidi supsedeo. ¶ Cōplemētum vo istius opis in cancro ulcerato tractabo iussu dei ⁊c.

## Doctrina 2ª De apostematib⁹ ⁊ exturis pu stulis ꝓut insunt membris cōpo sitis continens capitula octo.

¶ De his que insunt capiti ut sunt apostemata: ⁊ aqua in capitibus puerorum. Caꝑ. I.

**Ales quidē** igit ut dictū est quedā sunt pas t sionū sanatiōes ꝑm genus: exalterant aūt iuxta patientiū organicox nās. Quatuor sunt eni que ab his idicatiōes sumunt ex cōplexiōe eox: videlz ⁊ cōpōne virtute ⁊ plasmatione. ¶ Ex cōpone gdē: q: calida calidioribus indigēt auxilijs: ⁊ ficciora ficciorib⁹: ⁊ sic de alijs. Carno siores igit ꝑm hoc b: reui⁹ indigēt siccari. Mō carnosiores vo sufficiēter ut seruet eox natura. Sicut enim passio ad curā indicat ꝓrium: ita ptcula simile. 5° terapen. ¶ Cō positio enim per que: ⁊ qualr oportet eūari docet. Aliter aūt rara: aliter spissa medicanda sunt corpora.

¶ A virtute vo habet directio acriū ⁊ domesticox farma cox. Mā sensibilia mēbra uelut oculus nec acria: nec gra uia sustinēt farmaca: isensibilia vo uelut craneū nō ledū tur ab eisdē. ¶ Plasmatio ⁊ positio in ꝓfundo: ⁊ super ficie etiā uariāt medicamina: ⁊ ita apparet qñ ꝑm mem bra organica exalterant sanationes: nō minus aūt ⁊ ꝑm ꝓpetates eox: uelut in capite testudines in oculis obtal mie in collo squinantia: ⁊ multe alie passiones ꝑm mem bra de quibus dicetur infra. Hic tamen de apostemati bus proprijs est dicendum.

**In capite** eniz accidūt apata calida frida sanio sa nodosa ⁊ glāduloſa ⁊ aquosa: quo rū cause ⁊ signa ex supiorib⁹ hūtur. Judicia vo sunt ꝙ ta lia ꝓpter cōmissuras ⁊ ꝓpingtatē ad cerebrū sunt ueren da ut est dictū in anothomia. Testudo ⁊ glādula siue tal pa que adheret craneo: ⁊ eū ꝓtaminauit ꝑm Rogerium melius est dimittē q̄z cum trapanis ut ipe docet curare. ¶ Et ego sicut Lāfrancus vidi hoiem qui hēbat talpaz ulceratā supꝰ prorā capitis cū coxruptione ossis adeo: ꝙ ita ꝑpendebat pānicul⁹ mor⁹: ac si locus esset discoop tus. Cui consului regimen palliatiuum ⁊ recessit.

**Cura** apatū calidox ⁊ fridox in olla capitis non dif fert a cura coi supius dicta nisi in trib⁹. ¶ Pri mo ꝙ in vita oium passionū capitis in speciali ꝓhibent oia fumosa ⁊ uaporosa. ¶ Scdo ꝙ in euacuatione ma terie antecedentis ad mās calidas appropriat electuarij de succo ros. ⁊ pillule mirabo. ⁊ de fumoterre. Ad frigi das yera. ⁊ pillule cochie ⁊ auree. ¶ Tertio circa locum

ꝛ mām ꝯiunctā quātū est in olla capitis appꝛoꝛiant tria ꝓcepta. ¶Primo ꝙ in principio taliū apatum non debent apponi ꝓpꝛia: nec fortia repcussiua: ꝓpter ꝓpinquitatem mēbꝛi ꝓncipalis. Sufficiūt enim oleū roꝝ. ꝛ talia refrenantia largo modo dicta repercussiua. ¶Secūdo ꝙ quando sanianꝫ non expectet mora in aperiendo ne sanies ꝯaminet craneū. ¶Tertio ꝙ qñ apa est magnū ut melius mūdificet debet fieri aptio ꝑm triāgulū ad foꝛmā cifre de.7. cuius angulus sit uersus partē supiorem. ¶Modi vo ꝛ glandule ut supius dictuꝫ est curenꝫ.

¶Curatio aque in capitibus pueroꝝ.

**Aqua** in capitib⁹ pueroꝝ ꝑm Guil. de saliceto: ꝛ sectatorē eius Lanfrancū cū oleo camomillino: aut anetino in quo sulfur incoꝛporet resoluēdo exiccet: ꝛ si est neᵹe fiāt duo aut tria cauteria a fronte usq; ad posteri⁹ ꝙ que aq̄ paulatine eūet. Et desup lana: aut stupa ifusa i oleo ꝛ vino tepidis: ꝛ exꝑssis ꝑ Auic. apponaꝫ.

¶De apatibus facies ꝛ mēbꝛoꝝ eius. Cap. II.

**Postemata** calida ꝛ frida santosa ꝛ nō santosa. Modi ꝛ glādule in facie nō uariāt a cura cōmuni alioꝝ nisi ꝙ incisiones non fiunt ꝑm rugas in alijs mēbꝛis: qꝛ musculi ꝓcipue in fronte non sequunt rugas. sed coꝛporis longitudinē. ¶In palpebꝛis ab angulo ad angulu ꝓforatione semilunari doꝛsata ꝑm situ oculi retro aures ꝛ mandibulas equaliter: ut dicit Auicēna.

¶De obtalmia apostematib⁹ ꝛ exituris: ꝛ sanie retro coꝛnea. ꝛ de doloribus oculorum.

**Obtalmia** est apa ꝓpriū oculoꝝ: vñ obtalmia in ꝓmo de egritudine ꝛ sinthomate dꝛ flegmon inati mēbꝛani ideſt ꝯiunctiue: ꝛ ipsius cōiunctiue est passio per se. Oculi aūt ꝑm accns est egritudo. ut dicit textus: ꝛ ita uolūt oēs ꝙ obtalmia sit apa ꝯiū ctiue pustule uesice bothores sanies retro coꝛneam que sunt ex predictis apparet.

**Cause** aūt obtalmie nō uariant a causis alioꝝ apatum ulib⁹ ꝛ ꝑticularib⁹ nisi in tāto ꝙ reuma magis deriuat in obtalmia a capite q̄ in alijs apatibus alioꝝ mēbꝛoꝝ. ¶In causis aūt ꝓmittuis fumus pulutis uētus sol acuitas ēmissoꝝ in oculo addūt in gīiationē obtalmie: maxime qñ obuiāt coꝛpori plectoꝛico. Tūc eniᵹ ꝑm Auic. uelociter mutat in apa manifestū: sicut mutantur febꝛes effimere in alias febꝛes. Sūt eni ꝑm hoc duo modi obtalmiarū. Quedā eni est pua nō ptrāsiēs terminū: ꝙ est sola rubedo cū humectatiōe. quedā est magna ptrāsiēs terminū in magnitudine in qua albedo coopit pupillā. Jhs tū filius Maliab. assignauit tres modos: qꝛ illā que mouēt cām intrinsecā uocauit mediā.

**Cōmunia** signa obtalmiarū ꝑm Jesum sequuntur accītia apatum alioꝝ mēbꝛoꝝ: sicut inflatio doloꝛ: duricies caloꝛ ꝛ rubedo uenarū repꝛo ꝛ fluxus hūiditatū. ¶Signa aūt ꝓpa signtia mās accipiunt ab alcoatin ꝛ ab diçarā galas Albucaſ. qꝛ ex sanguie signa sūt rubedo ꝛ calitas oculi timpoꝝ ꝛ ptiū adiacētiū inflatio ꝛ grossities uenarū ꝯiunctiue palpebꝛarū lippitudinis: ꝛ lachꝛymarū multitudo extensioꝛ: ꝙitas in toto coꝛpore: maxime in capite: ꝛ reliqua sanguis signa.

¶Signa ex causa colere doloꝛ: ꝛ caloꝛ: fortis ꝛ acutus ꝛ ruboꝛ floridus in oculoꝛ: ꝛ ptib⁹ adiacētib⁹ lachꝛymaꝝ multitudo cū acuitate ꝛ paucitate lippitudinis: infra oculū sentit punctura ꝛ moꝛdicationē: ac si harena infra tꝑm esset Et signa colere in coꝛpore manifestantur.

¶Signa ex causa flegmatis sunt multa inflatio cū remissa rubedine calore ꝛ doloꝛe: lachꝛymarū exuberātia absq; acuitate grauitas in coꝛpore: ꝛ reliqua flegmatis signa.

¶Signa ex causa melancolie sunt paucitas rubedinis ꝛ tumoris ꝛ humiditatis cum reliquis melancolie signis.

¶Obtalmia quatuoꝛ habet tempora sicut ꝛ alia apostemata ꝓncipium: augmētum: ꝛ statum: ꝛ declinationem.

¶Signa ꝓncipij sunt accītia dicta pua inciꝑētia. Qñ aūt augmētanꝫ: ꝛ decurrūt de oculis ꝛ naribꝫ lachꝛymes ꝛ humores crudi: augmētū iudicat ꝑm Jesuꝫ. Qñ est magna furia: ꝛ icipit aliqlis remissio est statꝰ. Qñ aūt abscindit fluxus nōbilis ꝛ mucillagines sunt pauce: ꝛ spisse: ꝛ palpebꝛe ꝯiūgunꝫ: tūc est declinatio. ¶Cōiūctio aūt: ut dicē Jesus est de maioꝛib⁹ signis maturatiōis. ¶Judicia lippitudinis sūt hec. lippitudo uelox cū ḡuitate: ꝛ bona maturatione ꝛ eq̄litate ꝛ albedie: ꝛ que cito sepaꝫ ꝛ resoluit est laudabilis: contraria vo ꝛ granulosa est ꝓaua.

¶Obtalmia capitalis declaraꝫ per grauedinē ꝛ dolores capitis: ꝛ si adest rubedo ꝛ calefactio: ꝛ doloꝛ: ꝛ pulsatio circa frontē ꝛ timpora cū extēsione ꝛ uenarū repꝛone ꝛ inflatiōe. Significaꝫ ꝙ uenit ꝓpter uelamē extrinsecū. ¶Et qñ ꝑdicta nō adsunt ꝛ adest ꝯinuus fluxus sternutatio ꝛ pꝛurit⁹ in naso ꝛ palato uenit pp itrīsecū. ¶Et si est stōcalis est cū nausea ꝛ uomitu: ac ꝯturbatiōe stōci. Dolores acuti oculoꝝ sunt molesti. Nullū aūt sinthoma ingt Gal. in 4° meamir. ita molestat laborantes sunt doloꝛ. Mori eniᵹ magis uellēt aliqui q̄ ꝑ totā diem pati dolorē. Et ideo cū magna diligētia sunt sedādi dolores: ꝛ soda: qñ ꝯiūgunt cū egritudinib⁹ oculoꝝ ut dicet infra.

¶Dolores vo moꝛdicationē mās: aut multitudinē seu uētuꝫ uaporosuꝫ in.13°terap. in oculis ostendūt. Qñ in obtalmia feb. fortificaꝫ magna ꝓnostica occasionū.

¶Preterea si remedia in obtalmia nō cōferunt: ꝛ ipsa in oculo tardauerit. Scias ꝙ reuma descēdit ad oculū: aut ꝙ mā retinet infra tunicas: aut scabies est in palpebꝛa que ꝯinuāt obtalmiā. ¶Amplius scias ꝙ spēs obtalmiarū hñt periodos: ꝛ paroxismos sequētes anologiā ꝛ mām: ex quib⁹ fiūt in 2° de differētijs feb. ꝛ longioꝝ periodoꝝ ꝓlongaꝫ usq; ad dies septē. ut dicit Jesus. ¶Propterea scias ꝙ obtalmia est moꝛbus ꝓtagiosus: ꝛ trāsit libenter de vno oculo ad aliū. In oculis patiente a diaria accipi bonū. 7° affoꝝ. ¶Obtalmia ꝑm goꝛdoniuꝫ non est negligenda: qꝛ si male curaꝫ malas dimittit reliquias: sicut ruptura cornee maculas: ꝛ pannos tediosos.

**Cura** obtalmie maioris ꝛ minoris nō uariaꝫ nisi ꝑꝫ magis ꝛ minus. Ultra cōem curationē apatū alioꝝ mēbꝛoꝝ ꝛspecificaꝫ in ḡtuoꝛ reb⁹. Mūa est invita. 2ª in mā ancedēti. 3ª in ꝯiūcta. ꝑꝫ 4ª in correctiōe accītiuꝫ.

¶Primo eni specificaꝫ de vita ꝙ diminuaꝫ cib⁹ ꝛ potus maxime serotinus: vitādo uaporosa: ex eis eligendo cibos pauci ꝛ laudabilis nutrīti. Dimittēdo carnes ꝛ vinum ꝓpꝛie in ꝓncipio ꝛ in mā calida: ꝛ forti dolore. Et sup cibū accipiat aliqd de coriādro: aut ex citonijs adꝛe primēdū fumos: ut nō ascēdant ad caput. Et stet in loco obscuro: ꝛ coꝛā se teneat pānos viridēs nigros atq; bluos: fugiat claritatē: splendoꝛē: ꝛ fumū puluerē atq; uentuꝫ. coitū atq; irā. nō taceat sup factē suā. imo semp teneat caput altum. uentrē laxet. somnum diligat ꝛ quietem. Nullo modo grauet oculos tactu ꝛ aspectu.

¶Scōa res cōplet ꝑm mās diū sitatē ut supius fuit dictū. Evacuādo diuertēdo ꝛ itercipiēdo mām: ꝛ reuma: ꝛ doloꝛe capitis sistēdo cum flōmia ꝛ eūone cum medicinis laxatiuis apꝛoꝛiatis: ut dictū est in capite. Et cuꝫ cliſteribus acutis ꝛ fricationib⁹ ꝛ ligationib⁹ dolorosis ꝑm extremitates: ꝛ cū uētosationib⁹ ꝛ sectionib⁹ seu cauterijs sup spatulas ꝛ collo ꝛ emplationib⁹ deficcātib⁹ mām reumatiçātē: sup caput de milio ꝛ sale ꝛ stercore colūbio camomil. anisoꝝ: ꝛ ꝯsilib⁹ ꝛ cauterijs punctualib⁹ sup molle capitis. Et si neᵹe est ad meli⁹ itercipiēdū māꝫ maxime calidā ꝑcipit Gal. in.13°terap. icidē uenas timporales ꝛ frōtales: ꝛ eas claudē cū grano frumēti: aut thuris costi: aut aliquo coꝛrosiuo: aut arterias ligare quēadmodū uarices in duob⁹ locis in medio icidē: ꝛ postea icarnare. ꝛ sup frontē ꝛ timpora cū binda ligare. Emplꝫ restrictiuū factū de bolo ar. farina lentiū de gallis ꝑdia acatia aloe thure ꝛ filibus cuꝫ albuminibus ouoꝝ incoꝛporatis. Et

ista totiēs reiterare quousqz habeatur intentum.
¶ 3ª regrit ꝑm hebē zMeh.alterationē z digestionē eiꝰqđ trāsmissum est:z illud cōplet cū repcussiuis domesticis in ꝑnꝰ:z cū paucis resolutiuis additis repcussiuis in augmēto:z cū equalr mixtis in statu:z cū puris resolutiuis z deiccatiuis in declinatione. ¶ Igit in ꝑnꝰ qñ mā est calʼa ponant ea que māe acuitatē z inflāmationē remouēt:z reꝑmūt:qlia sunt aq̄ roſ.z albumie oui portulaca trita:z suppositā endiuia solatrū z pſilij mucillago:z collirtū albū i quo est opiū ut vult Haliab.q: optū:nisi qñ dolor supat visuz ebetat z ꝓfundit 3ꝰ terrap. Cuiꝰ forma ꝑm galaf ex libro sumitur damasceni. ℞.ceruse ablute.z.viij.amidi.z.iiij.gummi arab.dragagāti.añ.z.ij.fiat collirtū cū aq̄ roſ. Et si cū ꝑdictis cū cotone emplarek leuiter z absqz dolore oculus eēt bonū. ¶ Deinde in augmēto expedit lac mulieb're z mucillago citonioꝝ z fenugreci extractis cū aq̄ roſ.z collirtū albū in quo est sarcocolla. Cuiꝰ forma a rasi est assūpta. ℞.ceruse ablute.z.viij.amidi.z.iiij.sarcocolle nutrite cū lacte asine gūmi arab.dragaganti.añ.z.ij.opij.z.ſ.fiat collirtū cū aq̄ pluuiali z emplastrare cuz istis.z vitello oui est satis expediēs. ¶ Et mirꝝ multū de Gordonio qui dixit q: oēs sapiētes pene nūt q: sarcocolla nō cōpetit nisi in declinatione:z tñ in ipsa est dissolutio pua absqz mordicatiōe qđ est neciū in augmēto:z cū hoc Raſ. Alcoatis Hebē zMeh.z Açarā eā in augmēto cōmēdāt.forte credidit q: Jesus eā i pulvere ꝓhibuit in ꝓncipio:q etiā z in alijs tpibꝰ phiberet. ¶ In statu vō ponat mucillago fenugreci cū aq̄ mellloti exacta. Aut collirtū albū in quo est climia ex magā antidotario galaf acceptuz. ℞.ceruse ablute.z.viij.amidi.z.iiij.climie.z.ij.gūmi arabici olibani. añ.z.j.opij.z.ſ.fiat collirtū cū aq̄ fenugreci. ¶ Collirtū citrinū z collirium rosatū ad eādē itētionē sunt ꝓfecta:z emplastrare cū eisdē est utile:aut cū mica panis:aut cū medulla pomoꝝ coctoꝝ cū aq̄ roſ.siet rosatū ponit a Jesu i capꝰ de liuiditate z sanie retro corneā. ℞.roſ.rub.recētū mūdataꝝ a capitis fustis.z.iij.viride eris battiure eris.añ.z.ij.spice nardi.z.ij.mirre.z.iiij.gūmi ara.cathie uste z lote.añ.z.xviij croci.z.vj.opij.z.ij.sūma medicinaꝝ.14.terank z pisten tur cū aq̄ pluuiali.z fiat siek. ¶ Siek citrinū descriptione Alexādri. ℞.amidi.z.xxj.siek memithe.z.viij.sarcocolle dragagāti gūmi arabici.añ.z.ij.croci.z.ij.z.ſ. mirre.z.j. opij.z.ij.ꝓfice cū aq̄ pluuiali. ¶ In declinatiōe balneū z fomētatio z piria cū aq̄ decoctiōis roſ.camomille melliloti fenugreci sunt optima:z colliria de tucia:z pulueres tūc hñt locum quoꝝ forme sunt tres. ¶ Prima est mon tis pessulani. ℞.tucie ꝑparate.Z.ſ.lapidis calaminaris ꝑparati.z.ij.gariof.clauos.v.gaſ.cuz melle.Z.j.vini albi. Z.ij.aque roſ.q̄rtā.j.cāphore.z.j.fiat collirtuz. ¶ Scda forma est collirtuz de domo. ℞.tucie ꝑparate.Z.j.aloes succotrini.Z.ſ.cāphore.z.j.aque roſ.lb̄.j.succi ḡnatorū q̄rtā.j. ¶ 3ª forma est puluis quē magr Arnoldus fecit pro papa Joāne pro rubedine z hūiditate oculoꝝ. ℞.tucie ꝑparate.Z.j.antimonij ꝑparati.Z.ſ.margaritaꝝ.z.ij. floris coralli rub.z.j.z.ſ.serici crudi de flosculo uermis. z.ſ.fiat puluis sbtilissimus:z ꝓiect in pixide erea:z ponatur cū stilo. ¶ Item z puluis citrinus qui ꝑm Raſim valet in fine obtalmie. Sic fit. ℞.sarcocolle nutrite.z.x.siek memithe.z.iij.licij aloes.añ.z.ij. croci.z.j. spume maris uel mirre.z.ſ.fiat puluis. ¶ Si aūt mā est frida:in principio admistrek siek de spica.cuiꝰ forma ꝑm Hebē zMeh ℞.sarcocolle.z.v.spice.z.ij.roſ.croci.añ.z.ij.amidi aloe gūmi arabici dragagāti.añ.z.j.opij.z.ſ.fiat siek cuz aqua pluuiali. Et emplastrek oculus cuz empto de foliis malvarū z aneto coctis cū vino. ¶ Cuz aūt signa maturitatis apparuerit fomētek oculus cū aqua decoctiōis fenugreci z mellloti z ponat puluis citrinus z emplek cuz medulla panis ifusa in vino z exꝑssa:z admistrek meri potatio:z tūc vificatꝰ erit totꝰ affortissimꝰ Hypo. Dolores ocloꝝ meri potio lauacꝝ piria flōmia aut farmacia soluit
¶ 4ª res cōplet corrigētibꝰ accidētium que occurrunt z.c.

¶ De dolore oculoꝝ.

**In dolore** oculoꝝ admistrenk medicamia pū cturarū z mordicationū narcocitatis parū hñtia sedātia ꝑm q exiget dispō. De pleno z uetoso qualia sunt ꝑm hebē zMeh.albumē oui ꝙquassatuz cuz aq̄ papaueris z mucillago pſilij cū eadē aq̄ exacta:aut cū succo pomoꝝ mādragore ac lactuce. Et qñ necessitas occurret ponēdū est de opio:nō tñ multiplicāda sūt narcotica:q: tardāt statū z maturationē. Et cū hoc nocēt visui:ut dictū est:z ad hoc laudak collirtū albuz cum opio. Cuiꝰ forma est supius dicta:dūtaxat q addak de opio.z.j z istā fomētationē ad lb̄ dictat Açarā. ℞.papaueris plantaginis.añ.ptes.ij.croci:memithe:aloe:gūmi arab.acatie.añ.ptē.j.coquank cū aq̄ z admistrenk. ¶ Istud etiā emplm ualet ad lb̄ ut accipit a.xxj.pte antidoti magni. ¶ Açarā. ℞.croci memithe licij aloe acatie.añ.ptes eq̄les terank:z cū succo auricule muris z lacte mlieris puellā nutriētis fiat linimētū. ¶ Nocūentū qđ puenit ex narcoticis cū fomēto decoctiōis camomille melliloti fenugreci remouek. Puluis Açarā de corticibꝰ ouoꝝ gallinarū ꝓparatis quē approprıat Jesus ad dormitādū ifirmuz ualet puluis tucie:z sarcocolle z cuc.quē bñ dicit benevenirꝰ i oi tpe obtalmie nō placēt mihi:q: pulueres oēs in ꝓncipio:z in dolore forti oculos irritāt z aggrauāt:ut ipsemet Jesus ꝓfitek. ¶ Somnus puocak cū narcoticis dictis:ꝑcipue addēdo papauer roſ.viol. nenufar.sandalos cuz lacte z succo iusqami ꝓfectis:z supꝑ prorā capitis applicatis. ¶ Sordities remouek hūectādo palpebras cū aq̄ tepida. Et aspgēdo eas cū cotone sbtili sup stilū in uoluto. ¶ Et vntūsalr in curatiōe obtalmie z egritudinū aliarū:oculoꝝ documēta obvenk que ifra in tractatu oculoꝝ dicenk. ¶ De sanie retro corneam.

**Et si** elōgata fuerit obtalmia z sanies acciderit retro corneā medicek cū siek de thure utili ulceribus z saniei grosse posito a Jesu in capꝰ de dubellati. ℞.ceruse.z.viij.opij sarcocolle nutrite.añ.z.j. dragaganti gūmi arabi.añ.z.iiij.thuris.z.j. Et ꝙ hebē zMeh.armōiaci croci.añ.z.j.fiat siek cū aqua pluuiali:aut cū mucillagie fenugreci. ¶ Et si cū istis nō resoluik curek cū dyaforeticis z ꝙsumptiuis:ad que sūme ꝓferunt infusiones z stuffe z collıria data in declinatiōe:z in frida obtalmia:z collirtum de mirra in.14.terrapē. multū cōmendak.z oia que ꝓferūt in curatiōe aque:sicut oppopona.euforbiū z filia z balsamus in hoc est mirabilis. Et si nō pōt resolui de cōsilio Jesus z Alcoati est q scindak locus cū spatumie paruo sup corneā inter pupillā z albū:z exhak virus. Et Gal.dicit.14.terrapē.q in tpe suo gdā medicus oculoꝝ curabat saniē retro corneam tali modo. Faciebat sedere egrū in sede z tenebat caput ipsiꝰ ex duabꝰ ptibꝰ:z movebat euz motione uehemēti quousqz videbat illud virus descēdere inferius. ¶ De bothoribus z ueficis.

**Precipitur** q resoluank z maturenk cū eisdē z si nō pñt resolui:nec per incisionē exhi ad decorādū oculū:ut dicek inferiꝰ de eminētia accidēti in ulceribus oculoꝝ ligentur cum filo: post aūt eruptionem cura ulcerū reganf. ¶ De macula z uestigio que sequuntur ista infra deo dante dicetur in 6ꝰ de apostemate etiā lachrymaliuz in de ulceribus dicetur.

¶ De apostematibus aurium.

**Apostemata** auriuz calida z frigida saniosa z nō sanioſa:quedā fiunt in ꝑfundo auris:quedā in superficie:quedā in radice auris. Et habēt causas z signa:sicut z alia apostemata ꝓut in communibus superius fuit dictum.

**Judicia** tū hñt ꝓpria:videlz q ad ea sequunk dolores maiores q̄z in alijs:maxime ad calida existentia in profundis uersus porum auditiuum.

¶Dolores auriū fortes sunt periculosi ad quos sepissime sequit feb.t alienatio t syncopis:t ēt mors.Et magis pclitant de dolore adolescētes q̄z senes. Uñ iuuenes in septē dieb⁹ pereūt:t vix suppurationē expectare pñt.Senes aūt ultra trāseūt:t eor apata suppurant. Et hoc est ppter diūsitatē sensibilitatis ipsor in 3° pnosticorum.

**Cura** taliū apatū q̄ztū est de dispositiōe nō uariat a cura omniū aliorū apūm.Quantū aūt ad locū: t sinthoma doloros⁹ diuersificat:q: licet apata in pfundo:t supficie auriū in pn° curent cū aligb⁹ domesticis repcussiuis auric⁹ appropatis alterantib⁹ t refrenātib⁹ mām.Illa aūt que sunt in radicib⁹ auriz:t emūctorijs cerebri que Gal.appellat parotidas nullo mō repcutiūtur neq; refrenāt:imo toto posse extrahunt.ut dicet infra qñ de apatib⁹ subasselleaz t iguinū tractabit.Nō obstāte q̄ de hoc recitauerit Hēricus.Dolor ēt:q: aliquotiēs supat suā cām p̄uaricat ordinē curationis t iducit necessitatē narcoticor.¶In cura g̃ istorū apatū pfundi vide lz t supficiei auriū specificant q̄tuor res.Prima est in vita.2ª in mā añcedēti.3ª in ꝯiuncta.4ª in accidentibus.

¶Primū t 2m cōplent per capitula coia p̄m q̄ fuerūt cōpleta t appropriata specificata in capite t in obtalmia.

¶3m cōplet p̄m diuersitatē māe:q: in apate de calida mā in pncipio alterantia frida domestica:q̄lia sunt p̄m Gal. in 3° meamir.oleū ros.bullitū cū aceto usq; ad ꝯsumptionē aceti t trociscis de glaucio idest memitha:in quo sit 12.pars gūmi ara.ꝯfecti cū aq̄ pluuiali dissoluti in vino. Haliabas vo cōcedit collīria alba cū lacte dissoluta.Aui. vo laudat lac mulieb:re vice post vicē usq; in tertiū diez. Deide post p̄m 2m cedit mucillaginē se.lini t fenugreci: t aquā uolubilis:de qua dicit q̄ ꝯfert in hora.¶In statu ꝯcedunt uaporationes mixtarū vtutū uelut est decoctio ros.camomil.melliloti admistrata cū emboto:t cū iunctione oleor declinātiū ad aliquā calitatē ut est oleū amigdalarū.Et post ista Gal.in 3°meamir.laudat basilicon dissolutū cū oleo ros.si adhuc est calidītas:t cū oleo nardino:si fuerit remissa.Et Aui.in isto casu q̄ calitas fuerit remissa iubet distillare vice post vicē cū stilo cum cotone iuoluto adipe vulpis tepidā:aut lacerti:aut anatis:t butyrū seu medullā cruris vituli:de qua dicit hebē zDeb.q̄ est expta.¶Si aūt nō eēt apa calidū iubet admistrare medicamē cōpositū cū adipe caprino melle rob: ysopo hūldo:t oleo laurino:de lilio:t de nardo ruthā:t oleū de balsamo:etiā si tūc fieret suffumigatio cū decoctiōe ysopi sāluci betonice feniculi t ruthe nō eēt malū. ¶Et si apata ꝯuertunt ad sanie medicamē laudat istō ab hebē zDeb.fe.farinā fabar:farinā ordei:camomillā melliloti viol.altee decoq̄nt cuz aq̄ t rob t oleo camomille.t fiat emplm t utere.¶Si aūt apa fuerit ex aurē. q: est pauci timoris p̄m Aui.efficit emplm dictū. ¶In bothor aūt qui fit i aure sufficit decoctio ficuū cū trittico. Santes cū vino t melle:t reliq̄ cura ulcez auriū curet.

¶4ª aūt itētio cōplet p̄m accñtia:dolor enī qō est ꝑpriuz sinthomata istor apatū sedat p̄z mām de qua fit.Si fit a cā cal'a laudat.G.in 3° meamir.trocis.factos de opio:t castoreo t vino cocto dissolutis cū eodē vino tepefacto: t suauiter cū lana molli in aurē i fūdant. Post q̄z aūt bñ fomentaueris dimittes parū gescere:t ab ex lana in ipo orificio:t in tota aure cal'a apponat.Et si eguerit itez fomētare rursus fomētet cauens q̄ztū est possibile ne ip̄m porū tāgas:nec molestes.Aui.aūt ad hūc dolorē laudat oleū ros.uł viol.tepidū.Aut albumine ouī cū cāphora uerū oleū violatū dicit eē magis sedatiuū q̄z rosatū:propter mollificationē que est in ipo:t lac mulieris cū aq̄ solatri:t oleo ros.aut amigdalarū:in q̄ uermes terrestres: aut qui reptunt sb urceis:aut lapidib⁹ cū multis pedib⁹ rotūdi:ut media faba sint bullitī:t oleū de se.cucurbite: t oleū nenufarinū:papauerinū t salicinū iniecta tepida t exteri° cū lana applicata.Et Auē çoar gloriosus iubet apponi oleū de vitellis ouor.Q.ñ ut dicit incōtinēti remouet dolorē t ꝑperat exitū sanici.Si vo a spiritu uēto so aut ab humore nō hñte exitū fuerit p̄mixte que dicta sunt cū aliq̄ apientiū farmacor:uelut p̄m Gal.ubi supra est nitrū qō affronitrū uocat:t uterq; elleborus:t utraq; aristologia:t ruthā cētaurea radix cucumeris siluestris radix bronie t iarri siue dragontee.Et costus ciamomū t cubebe.¶Propterea ut dicit scripsit multa exempla farmacor:ut nō hēat eor inopia:q: nō oia in oib⁹ regionib⁹ repiunt sed certa in certis.¶Auic.aūt laudat cale factoria cū uētosa plena aq̄ calida t milio t sale t pānis calefactis.t hebē zDeb.euaporationē emboti factā cum decoctiōe camomille:melliloti aneti:fenugreci cauliuz rubi sansuci herbe uenti ul' paritarie. Et oportet ut dicit Aui.ut postponat usus narcoticor usquequo timeatur syncopis.Et propie cuz fuerint humores frigidi. Istud enim nocet eis ualde.Q; si accidit nocumentum ex usu narcoticorum administra castoreum post illud solum.

¶Glādule t scrophule que in istis locis sepissime gñant ut supius fuit dictū curant.¶Apata emūctorij cerebri in sb aure cū cordis emunctorijs dicent.Caue tñ in incisione de uenis t arterijs que ibi sunt magne t grosse ex quor icisione multa sunt pericula:t dē reuersiuo neruo q est ibi:q: per ei° icisionē pdit uor.¶De alijs aūt passionib⁹ que ueniūt in facie iferi° dicet.Nā lz polipus narīū t noli me tāgere alcola in pncipio sint apata seu pustule q: cito efficiunt ulcera cū ipsis reponent.¶Apata oris ut squinantia tractant de quibus satis dicetur.

¶De apostematibus colli t dorsi. Cap̄.III.

**Postemata** colli sūt duplicia.que dā sunt in mēbris extrinsecis ꝯtinētib⁹:quedā in itrinsecis ꝯtentis. Prima assumūt nomē gūis t uocant simplr apata.Botia glandule:aut pustule que ut alia curant communia. ¶Secunda vo nomen habent ppriū:quia squinātia uocantur:t propriū habent modum curandi.

¶De squinantia primo notifico.

**Est ergo** squinātia apa gutturis t partium eius viā aeris t cibi impediens. Cuius species p̄m loca distincta:quatuor assignat Auic.sequendo sniam Gal.in quarto libro iterior. Una est quādo apostema est in lacertis extrinsecis.Ita q̄ sit apostema solū apparens extra in membris continentibus.

¶Secūda spēs est quādo est in lacertis extrisecis uersus spondilia.Ita q̄ apostema solum apparet intus uersus fauces t amigdala quando comprimitur lingua.

¶Tertia species est q̄ est in lacertis intrinsecis ipsi⁹ meri:t tunc nō apparet sensui:sed manifestat rōni per maiorem offensionem trāsgluttonis q̄z anhelationis.

¶Quarta spēs est q̄ est in lacertis intrinsecis ipsius cāne seu epigloti:t tunc etiā nō apparet sensui:sed rōni:q: magis offendit anhelationem q̄z transglutionem.

¶Una aliā spēm assignat Gal.in 4° interior que uocat strumosa:que fit ꝑpter dislocationē p̄mi aut secūdi spondilis colli de qua in dislocationibus inferius fiet p̄mo.

**Cause** squinantie sunt ficut t alior apatum ules t particulares:fiunt enim utplurimū per viā deriuationis:t habent materias calidas t frigidas:ut in sermone cōmuni apostematum fuit dictum.

**Signa** t iudicia.Quātum ad causas sunt ut aliorum apostematuz.Quātum ad locum aūt p̄m Gal.ubi supra oēs species quādam difficultatē operant p̄m transglutionem t respirationez t cogunt stare recti:t linguā extrahere:t potus sepissime ascēdit ad nares.Aui.addit oculor egressionē t lingue difficultatē: p̄m nares locutionē.¶Signa mala t timorosa in squinantia sunt disnia fortis t origmonica transgluttēdi magna difficultas:colli ꝯtractio emissio lingue t spume ad modū fatigati equi.Color malus in lingua labijs t oculis

ac etiam extremitatuz frigiditas sudor: frigidus z cordis defectus. ¶ Signa vo bona sunt quies somnus trangl lus alleuiatio doloris z anhelitus z transglutionis: z ma lox signox ꝓuatio. ¶ Squinátia est egritudo b:euis z periculosa: z ꝑm Hyppo. 3° ꝓnosticox. illa est pessima z citius mortifera que intus in gutture: nec extra apparet. Et que est cū dolore acutissimo in spū oxtomico: hec aūt spēs in ꝓmo die: aut scdo: aut tertio: aut 4° suffocat.

¶ Altera huius species mala est quādo apparet intus in gutture z nō extra. Et ipsa est plus mortifera q̄z ꝓma.

¶ Tertia que appet itus z extra portib° diuturnior est.

¶ Quarta aūt spēs que oino extra ꝓminet tutior est alijs. Squinátia que nō transmutat neq; patiēs putredinem expuit z dolor requiē inuenit z subito euanescit: mortez uel laboris iterationē ꝓmittit. ¶ Item qnto affōx. qui buscūq; squinátia ad pulmonem ꝙuertit in septem die b° moriunt. Si vo hos effugerint empici fiunt. ¶ Mor pterea in 6° affōrū. In squinátia bonū est apa foras exi re z mēbra interiora dimittere. ¶ Amplius ꝑm Auic. omne apa ꝓfocatiuū aut resoluit: aut pmutat: aut colle ctionē facit: aut interficit. ¶ Signa resolonis sunt signa bona tam dicta. ¶ Signa pmutationis sunt subita de tumefactio cū nocumēto alterius pticule. ¶ Signa col lectionis sunt lenitas z ꝓlongatio ultra quartam diem. ¶ Signa mortis sūt signa pnitiosa iā dicta. ¶ Ampli° squinátia cretica est suspecta. Mā ꝑm Aui. crisis cū apa tibus ꝓfocatiuis ꝓculdubio est pernitiosa.

**Cura** squinátie cōuenit cū cura apatū coīum in die ta z sōtractione māe: z in applicatione repercus siuorū in ꝓncipio: z resolutiū z maturātiū in fine: z mix torū in medio. Differt tū in his q: repercussiua non ad ministrantur ab extra: sed ab intra. Cum hoc etiam eūo nes z derivationes fieri debēt sine quacūq; dilatione.

¶ Specificat ergo curatio taliū apatuz in q̄tuor. primo in vita. 2° in mā ancedēti. 3° in ꝙiuncta. 4° in accidentib°:

¶ Primū cōplet q: ultra dictā cōem dictā supius ꝑm qō hebē zſDeb. vult. Sint cōtenti in ꝓncipio cum ydromel le z aq̄ cuc. deide ꝓcedāt ad aquā lentiū excoriticatarum z ordei. Extinguūt enim sitim acuitatē z iflāmationem. deinde ad ius cicerū cū aq̄ ordei: deide gradatim ad so bitiones ex farina fabarū: z ex amido: z ex colatura fur furis cum melle. ¶ Post hec uenīāt ad vitella ouox z simi lia: z nullo modo repleant se: z uenter eorum semp sit la xus. Somnus eorū sit mensuratus. nam in multitudine somni timetur subita suffocatio: quare opoꝛtet q̄ parum dormiāt z sepe excitentur.

¶ Scōm cōplet per eūones z diūsiones cū flōnijs z me dicinis laxatiuis ꝑm mām peccantē: z cū clisteribus acutis z fortibus fricationibus factis festinanter: quia egritudo ꝓpter membri operationem non dat inducias.

¶ Fiant ergo ꝓmo fricationes z ligationes extremitatum z statim clistere. Et post incontinēti fiat flōmia de saphe nis: demū post si virtus tolerat de brachijs: z post eadem die de uenis sub lingua. Et si eēt possibile trāsglutire in crastinū det sibi in materia calida dyapruno: aut dyaca tholicon acuatus cum electuario de succo ros. Et in fri gida det yerapigra: aut pille cochie: aut de agarico z iter cipiat reuma cuz milio z sale torrefactis: z sup caput ap plicatis: aut cū stercore colūbino. Et det ad lābēdū dya papauer: aut pillule storacine teneantur sub lingua.

¶ Tertiā rem cōplent ꝑm Gal. in 6° meamir repcussiua in ꝓncipio ab intra: z lenitiua ab ex ut mā non incuneet infra guttur: z resolutiua in fine: z mixta ut dictū est i me dio: sed nō quecūq; q: nō vitriolū. ut ipe dicit. nam no ciuuz esset si descēderet ad inferiora. Sed certa z appro ꝓriata ad nām pticule uelut in ꝓncipio ꝓcedit dyanucuz in quo vtus ros. balaustiarū mirtilloꝛ lentisci rubi gal larū sumac memithe: z ꝙsimiliū stipticox sit sigillata. In augmēto dyamoreon in quo virt° mirre z croci z ꝙsimi lium sigilletur. In fine vo dyaron in quo virtus ficuum siccarū pinguiū calamēti origani seu pulegij: ysopi satu regie: z ultra si necesse fuerit sulfuris z nitri sit sigillata: z ꝓprie talia uelut stercus yrūdinis canū z lupox z puero rum qui nutriti sint cum lupinis: z ut sunt capita allecū piscīū salitox: z herba dicta morsus dyaboli z ꝙsimiliuz.

**Si autem** neruus appareat denudatus nō opꝫ huic neruo ꝑdictoꝝ farmacoꝝ ullus afferre: quecūqꝫ per euforbiū: ꝛ ita acria emplastra fiūt. Nō enim ita sustineret vtutē ipsoꝝ sicut per mediā cutē. Optimuꝫ tunc est lotam calcem cum oleo plurimo uti. Optimū etiam est qꝫ per ponsilicon ꝛ thuciā lotam cuꝫ oleo roꝝ. liquefactā. Sint eni ista lauata estatis hora mꝫ totiēs cum bona aqua. Quecūqꝫ enim ex metallis sunt lauare opꝫ. vniuersa debentia siccare imoꝛdaciter. Bonum etiā est mel mixtū cum optimo rōdino ꝛ terbēntina resina atqꝫ cera: lauare etiā opꝫ oia ista: ex oibꝰ enim lauatis mūdank ꝛ abstergunt imoꝛdaciter acres ꝛ moꝛdaces ꝓcores. ¶ Si vō qui vulneratus est fortis fuerit ꝛ vulnus cū putrefactiōe multa: ꝛ cū hoc absqꝫ superfluitatibus tūc possibile est in eo uti aliqbꝰ fortioꝝ farmacoꝝ. Sicut aliquotiēs ꝑmo ego feci polipodij trociscos mittēs in syreo qđ vinū coctū nūcupak apud nos: qui in asia tepefaciēs in aq̄ calida tingēs in hoc testertia ꝛ lichinia apposui lauare etiā opꝫ eiꝰ ꝓcores cuꝫ lana infusa in puro vino cocto calido. Non cum aqua neqꝫ cum oleo: aqua enim putrefacit neruos: ꝛ oleum cōmaculat eos. Nō enim est idem nudo neruo afferre oleum: ꝛ per mediam cutem. ¶ Si est aūt necessariū mūdificare suaui mūdifica cū vnguēto facto de uermibꝰ: aut cū aliquo mūdificatiuo in q̄ sint mel ꝛ terbēntina ꝛ farina ordei ac fabarū: aut cum vnguēto de resina: aut cū aliquo de dicēdis in antidotario. Rotlādus cū Rogerio attestak: qꝫ si capita neruoꝝ incisoꝝ sine tactu carnis cū ferro candēti tāgank qꝫ optime ꝯsolidantur: ꝛ ita faciunt cyrurgici terre nostre.

¶ De attritione ꝛ ꝯquassatione neruoꝝ.

**Quassatio** neruorum ꝑm Gal. in 6º qñ simul cū cuti quassata fit ulceratio farmacis indiget intētionē quidē siccādi habētibꝰ cū quadā cōstrictione. ut eēt a ꝓncipio oleū rosatū cū albumine ouorum: ꝛ post sedato dolore vinū grossum stipticū. ¶ Si autem absqꝫ vulnere cutis fuerit quassatio fomentetur frequenter cū oleo calido dyaforetico. Propterea testatur Gal. experientia edoctus athletarū in utroqꝫ casu ualere cathaplasma: qđ per oximel ꝛ farinā fabarum fit.

¶ Si vō doloꝛ aliquis affuerit quassationi de pice liqda miscere opꝫ: ꝛ coquēdo bene apponere calida: sicut facit Lāfrācus in pedū cōtusione ꝛ cōtritione magnꝰ. Idem facio ego. Quādo vō siccius vis facere misce orobinā farinam: ꝛ si magis uoluerís siccare ꝓreos illiricam coꝛdis ꝓcuratio cum dieta ꝛ purgatione his coꝛis est ut dicit.

¶ De vulneribus ossiū ꝛ cartilaginum. Cap. V.

**Licet** ꝑm Gal. in 6º oēs solones ꝯinuitatis ossium ꝑm linguā grecoꝝ fracture uocenk. Nihilominꝰ habet ꝙsuetudo latinoꝝ uocare fracturā solonē ossis que fit sine incisione de qua dicek infra. Incisionem aūt que fit cuꝫ incisione de qua dicik hic. ¶ Est enim vulnus ossis icisio facta in osse, cū

ense aut aliquo alio incidẽte seu pforante. Que qñq; est totalis: qñq; partialis. ¶ Ex quibus apparet q; nõ põt vulnerari nec inciđi os qui incidat caro ꝛ particule sup iacentes. quare contingunt sepe accidẽtia de fluxu sanguinis: ꝛ dolore que dant indicationem.

**Signa sunt** manifesta. ¶ Gal. idicauit in 3° tegni. ꝛ 6° terrap. q; fractura ossis uel incisio non restauratur ꝑm ꝑmam intentionem: ꝑm vo scõam consolidatur ꝛ ligatur per porum sarcoydem ligantem partes ossis diuisi: excipit tamen os puerile qõ ꝑm ꝑmam intẽtionem consolidari põt. Causa vo reddita fuit in sermone cõmuni. ꝓpterea Hyppo. in 7° aforismoꝝ. idicat q; in osse denudato herisipilla malũ: licet raro accidit ꝑm Gal. in cõmento.

¶ Amplius recordare q; frigidũ summe nocet ossib° denudatis: ꝓpterea ꝑm Rogeriũ ꝛ Lanfrancũ incisio totalis magnoꝝ ossium ut adiutorij coxe: ꝛ duoꝝ focilioꝝ insimul taliter q; exeat medulla est periculosa. ꝛ utplurimũ mortificãs mẽbrum: ꝛ causa est: q; in tali magna incisione incidunt uene ꝛ arterie: ꝛ nerui magni qui portabãt vitã mẽbro. Nõ obstãte Guil. de sali. qui hoc negat propter malũ intellectũ Aui. in 4° qui dixit. Et qõ dicit de incisione medulle: q; interficit est intẽtio cui nõ est utilitas. hẽt enim medulla lenitatẽ ꝛ viscositatẽ ꝛ non incidit. Aui. vo hoc itellexit de fractura sine vulnere qua credo q; medulla nõ inciditur: lz elongari possit ꝓpter viscositatem eius: sed q; nõ possit iciđi in totali icisione ossis qs dubitat. Et forte itellexit q; nõ moriẽ ꝓpter depditionẽ medulle: sicut ꝛ ego credo. ꝛ Albuc. testat de illo iuuene 30. annoꝝ quem curauit de pditione ossis cruris cuꝫ exctione medulle: maxime q; restaurationẽ hẽt: sed q; nõ hõ: sed mẽbruꝫ posset mori amputatis vijs per vñ uenit vita: nõ ꝯsonat cũ hoc qõ est dictũ in ꝑmone cõmuni: organica enim vidẽt icisio ubi multitudo omiomeroꝝ est incisa: quorũ vnitio est impossibilis in 3° tegni. Sũmetñ est cauẽdũ ne exhaẽ aliquid ossis lesi cum violentia: neq; subito. Nã qõ exhiẽ ita nõ euacuat quin faciat accidere fistulã ꝛ timorem spasmi ꝛ pmixtionis ꝛ fe. ut dicit Aui. in 4°. melius aũt est extrahenda: aliquantulum dimittere ꝛ naturam cum aliquo medicamine attractiuo adiuuare: ut superius de extractione sagittarum fuit dictum: q; ea subito cum violentia extrahere.

**In curatione** vulneꝝ ossis de itẽtionibus coibus specificant q̃tuor. ꝑ^a est exneis infixis ꝛ frustulis si sint exctis adducere ptes separatas ad inuicem ꝛ suere. ꝑfunde ꝛ firmiter vulnus carnis. 2^a eligere cum quibus auxilijs medicabitur. 3^a est ligare taliter q; vulnus quãdo erit necesse possit mutari absq; qõ dissoluatur totalis ligatura ꝛ firmatura. 4^a q; postq; securatus fuerit ab apostemate regimen fiat taliter q; porus generet. ¶ Quomodo cõplet ꝑmum dictũ est in ꝑmone cõi de sutura. Et q; sutura vulneris carnis fit utilis in ꝓposito sic ꝓbat. Quia illõ qõ facit ad appropinquationẽ disiunctoꝝ ꝛ ꝯseruationem adiunctoꝝ ꝛ custodiã subẽ partis est utile in ꝓposito ut patet in 6° terrap. ꝛ inferius de fracturis declarabit magis. sed talis sutura est huiusmodi: quia caro ibi ꝯiuncta tenet ꝓpinquatas partes: ꝛ stat loco ligature ꝛ asselle ꝛ est defensorium ut aer nõ alteret os ipm in quo multum est aduertẽdum. ergo ꝛc. Et Gal. videbat hoc sentire ubi sup. dñ dixit q; eoꝝ farmaca iubet Hyppo. esse sanguinolenta. ¶ Melius aũt medicamen vulnerum sanguinolentoruꝫ est sutura ꝛ ligatura. Aui. aũt Haliab. ꝛ Albu. per totum de fracturis cum vulnere iam illud ꝓceperunt. Guilel. etiam de saliceto ꝛ Theodoricus atq; Henricus idẽ uoluerunt. Nõ obstãte Lãfranco qui gñalem regulã constituit q; in vulneribº in quibus ossa sunt vulnerata nũq; caro debet sup os per medium ꝯsolidari: nisi os plenarie ꝓius reparet. Quomodo enim reparabit os nisi per carnem mediam nescio: nõne nutrimẽtum a quo fit porus uenit a carne credebat q; nihil nutrit uera nutricatione: nisi ueniat a stõco ad epar: ꝛ ad uenas dissemiatas per carnem. Et dehinc ad ossa de virtutibus naturalibus per totum. ¶ Carne enim dimittendum est repleri vulnus: ꝛ ipa cuꝫ deficcatiuis induranda ut fiat porus ꝛ caro desup callosa non alia: quia ꝯcauitas incurabilis remanet: ut dicebatur in 3° terrap. cap° 2°.

¶ Secũdũ cõplet q; facta sutura in loco magis dependẽti ponat tẽta ut si quid remãserit exneuꝫ de frustulis aut de sanie si gñatur per hinc ualeat expurgari. Desup vo ponatur puluis ꝯseruatiuus futurarum ꝛ albumen oui in ꝑmis diebus. Et post sup incarnatiuuꝫ cõe de pulvere illo cum terbentina infimul incorporato. ꝛ deinde de alijs: ꝑm q; videbit expedire apponat: ꝛ tẽtula cuꝫ melle roꝺ. in quo sit puluis icarnatiuus cum mirra que ꝑm Auic. coopit ossa denudata humectet. Et si os esset detectum cũ tali puluere ꝛ lichinijs bene carpie coopiatur. ꝛ desup emplz ꝛ stupata balneata in vino calido applicet.

¶ Tertium cõplet si os est totaliꝫ incisuꝫ q; facta sutura totum membruꝫ ut Raꝺ. pcipit inuoluatur excepto vulnere cuꝫ pãno duplicato in ꝑmis diebº infuso in albumine ouoꝝ ꝛ postea in vino calido stiptico: ꝛ liget cuꝫ bida longa ꝛ lata ꝑm mẽbruꝫ ꝛ incipiat uersus finem mẽbri ꝛ uoluẽdo usq; ꝓpe vulnus faciat eam trãsire per partem oppositã vulneris. Et deinde ascẽdẽdo vsus corpus uertendo bindã uoluendo reueniat iterius quousq; sit prope vulnus. Et tunc faciat eam trãsire per partẽ oppositã supra aliã ut ueniat ad locuꝫ ubi icepit: ꝛ ibidẽ finẽ suum cum suo ꝓncipio nodet: ꝛ ita remanebit vulnus discooptum. Deinde ponant due uel tres asselle bene polite ꝛ aptate ꝑm mẽbruꝫ coopte ꝛ munite de bono panno talr sustinẽdo mẽbruꝫ q; nõ cooptat vulnus ꝛ ligent cũ bindello. Et hoc nõ dissoluat quousq; sit curatus nisi dolor aut pꝛurit° seu apostema cõpellat. Ad que quomodo succurrat in sermone cõmuni fuit dictuꝫ. Et vulnus ab extra cum stupatis ꝛ bindellis liget: ꝛ qualibet die remutet ꝛ mũdificet ꝛ exiccet: ꝛ ut cetera vulnera tractetur.

¶ Mõnulli vo ut supra fuit dictuꝫ de neruis in isto casu: ꝛ in vulneribus neruoꝝ glotonicũ: ꝛ instrumentũ mechanicum factũ cum duabus astellis ꝛ ligno rotũdo in clausura manus ꝛ plato in sola pedis ligãdo superius apponunt ꝛ ita ꝓsequuntur curam ut ꝓius.

¶ Quartum quomodo cõpletur dicet infra: quando tractabitur de fractura iussu dei. ¶ De duritie quomõ cõsequit solones ꝛ algebras in 6° de artetica ꝛ passionibus coniuncturarum ꝛ in antidotario dicet.

## Doctrina.II. De spãli cura vulnerũ put in sũt mẽbris organicis cõpositis:

¶ De vulneribus capitis. Cap̃.I.

**Aãquã** q Gal. ꝛ Aui. de diuersitate cure membroꝝ organicoꝝ extrinsecorũ non determinauerint exquisite: nisi de capite ꝛ uentre. Nihilominus quia aliqua diuersitas in alijs particulis ꝑm diuisionem datam supius saltim in ligando suendo situando ꝛ aptando instrumẽta ꝛ modũ applicãdi medicinas inuenirẽ do. a ꝓticulis enim organicis sunt hº medicationes ꝑm G. in 5° terrap. sicut que in siccãdo a substantia eoꝝ que in omiomeris. Quatuor enim sunt idicatiões que a natura ꝓticulaꝝ sumunt ut in doctrina scda tractatus apostematum fuit dictũ pro tanto gra iuuenuꝫ: pro quibus est hº conscriptio tractabunt vulnera ꝑm particulas organicas ex q̃ sunt tractata in doctrina precedenti ꝑm omiomeras ꝛ ꝓsimiles particulas a capite incipiendo ꝛc.

**Caput quãdoq;** ꝓtingit vulnerari cũ incisione: qñq; cũ ꝓtusione: ꝛ utraq; quãdoq; est absq; vulnere ꝛ fractura cranei

quandoq; cum fractura eiusdem. Et que cum fractura: quedam est penetrãs: quedam non penetrãs. Et utraq; quedem parua: quedam vo magna. z cum hoc quedam sunt pure: quedam cum accidẽtibus de dolore z aposte/mate z pãniculoz lesione cõposite. Iste sunt diuisiones cõmunes vulneribus capitis. Speciales vo tales sunt vulnera cum incisione cranei penetrãtia: quedam sunt sine depditione substãtie: quedam vo cuz pditione eius/dem. Et utraq; istoz quedam sunt plana z equalia: que/dam aspera z squãmosa. Et utraq; etiam istoz: quedam sunt in sumitate capitis: quedam in lateribus. Etiã vul/nus cum cõtusione z fractura cranei penetrãtia: quedaz est parua talis q non facit compssionem neq; compun ctionem supa cerebruz: quedam vo est ita magna q cõ/pressionem z pũctionem facit in ipso. ¶ Iste sunt differẽ tie ppie vulneribus capitis a qbus sumunk indicatio/nes curatiue que sunt assumpte ex dictis ℙauli 6° libro suo de fractura cranei. B. autem non fecit mẽtionem ni si de illis in qbus erat maior diuersitas. s. de simplici fra ctura magna. In sumitate capitis z in lateribus facta pe/netrãte/z non penetrãte: de paruis autem fracturis non curauit: q; solum erant forma z sedes eorum que pcusse rũt. Et cum hoc determinauit de magnis contusionib9 ut videbik infra. Albuca. vo ultra illas addit vnã in qua facit ingredi laminam ossis ad interiora: z fit in loco cõ cauitas: sicut accidit caldarijs eris quãdo occurrit eis p/cussio: qõ plurimum fit in capitibus puerorum. Mõnul/li vo ex dicto Auic. in 4° uolũt dicere q est alia que nõ est fractura in parte in qua pcutik. sed in opposita que di uisio est reprobata in 6° cyrurgie ℙauli. Aui. non videk curasse nisi de vulneribus carnis cum incisione z cõtu/sione: z de fractura etiam cum incisione z cõtusione cuz vulnere carnis z sine ipso: q; per diuisiones cõmunium fracturarum intellexit differentias dictas.

**Cause vulnerum** capitis sunt que alioz vulnerum dicte supe/rius in sermone cõmuni.

**Signa et iudicia** fracturaruz capitis est intelligendum q; que dam significãt fracturam cranei: quedam incisionem ce rebri z pãniculorum eius: quedam apostemationẽ: que dam lesionem causatam ex materia descẽdẽte z grauan/te cerebrum z panniculos eius.

**Signa fracture** cranei sumunk a multis pmo sumunk a cõside/ratione cause frãgẽtis: ut q; cecidit ab alto: aut fuit pcus/sus cum re forti. ¶ Secũdo a cõsideratione quantitatis lesionis: q; magna cõtusio: aut magnuz vulnus. ¶ Ter tio a qualitate loci: q; dolet z sepe ducit manum ad locũ z cum digitis z pbis pcipik tenuitas in cute: z separatio ab osse: z quãdo sufflat: aut anhelitum retinet videbitur humiditas pullulari per fissuram. ¶ Quarto ab accidẽ/tibus que occurrunt in hora: ut apoplesia scotomia de/structio uocis uomitus zc. ¶ Quinto a cõsideratione soni: q; rauce sonat: dum eius caput pcutik cum virga. ¶ Sexto a cõsideratione stridoris dentium: stridẽt enim dum percutik filuz quem tenẽt cum dentibus: z dum co nank frangere nodum palee: aut rem duram leduntur. ¶ Septimo a psideratione encaustri z linimẽti masticis sup fissuram: q; remanet nigredo in fissura z siccitas in li nimẽto supa locum fissure: z hoc est signum certum.

**Signa incisionis** pãniculorũ etiam a multis sumuntur. ¶ Primo a dolore: q; statim a pncipio sequik scotomia z uertigo z similia. ¶ Secũdo a colore faciei z oculoz: q; facies rubet z pustulak oculi rubẽt eminent z obscu/rank zc. ¶ Tertio ab exeũtibus: q; sanguis exit per na res aures z palatum. ¶ Quarto a lesione virtutũ: q; cũ difficultate mouek loquela turbak angustiak est totus p stratus z stupidus febricitat riget male dormit nihil ap/petit nauseat z euomit male assellat z urinat.

¶ Signa incisionis cerebri.

**Sumuntur** a multis. pmo ab exeũtibus: quia exit substantia grossa globosa z medullaris nõ sanguinosa. ¶ Secũdo a lesione virtutuz: qa pdik ratio. si vulnus est in aũteroribus ptibus capitis me moria in posterioribus. z cum pdictis accidẽtibus adest stupor z desipientia maior.

¶ Signa apostematis supueniẽtis.

**Etiam a multis** sumunk. pmo a tumore: q; flank pãniculi z emi/nent extra vulnus: z rubẽt z non mouenk. ¶ Secundo ab oculis: q; rubẽt z inflãmank: z a capite egredi videnk mobilitank z obliquank. ¶ Tertio a calore: q; febriũt z ingetank. ¶ Quarto a virtutibus: q; alienank z spasmã tur z febricitant z frenesicãt.

¶ Signa q; materia que descẽdit infra ledat z grauat pã/niculos z cerebrum.

**Sunt predicta** signa incisionis pãniculo rum uenientia paulatine post principium.

**Iudicia** Fractura cranei est piculosa apõ omnes. ℙreterea incisio cerebri z pãniculorum eius corruptio: ac lesio est mortalis sm ℍyppo. nisi fue rit parua. Exponit Bal. ut supra de iudicijs in vulneribꝰ fuit dictuz. Et ideo accidẽtia mala ut febris acuta tremor spasmus alienatio sincopis abscissio uocis egressio tene brositas z rubedo ac strabositas oculoz sunt timorosa z mortalia: pcipue si maneãt/z nõ remittank. ¶ Amplius dicit Aui. in 3° de plaga z incisione capitis: z in vulneri bus puenientibus ad pãniculuz cerebri accidit laxitas in latere vulneris z spasmus in oppositoz: z ppter illud vult dicere Guil. de salice. q; quãdo fit vulnus in dextra pa/ralitica finistra: z ecõuerso. q; nerui qui ueniunt ad par tem dextram sunt radicaliter in finistra: z ecõuerso: ut di cit. Cõsidera si littera dicit hoc: z super hoc cõsule sm de egritudine z sinthomate. ¶ ℙreterea in fractura capitis pericula z accidẽtia mala sm Rogeriuz expectank usq; ad cẽtum dies: z sm legistas z iudices ad. 46. q; talis est ultimus terminus acutaruz. Et sm ãtuo: magistros ad 35. qui est cõmunis terminus acutarum. ¶ ℙreterea de nigratio dure matris que nõ mũdificak cum melle signi ficat mortem. Ingt ℙaulus. ¶ ℙreterea fractura cranei in plenilunio est uerẽda ut dicit Rogerius. ¶ ℙreterea in solidatione cranei appitio carnis rubee bonũ. ¶ Am plius in vulneribus capitis tumor paruus z sanies bona digestio bonuz. Tumor vo magnus z pcipue si cito eua nescerit sine causa rõnabili malum. Item in fractura cra nei expectak porus debilis z rarus ad. 35. dies.

**Curatio** Circa curãdi modũ est intelligẽdum q; multitudo discordãtiũ cura ipsuz ostẽdit iudicium curationis ipsius difficile. ¶ Naz Bal. ℙau lus ℍaliab. Auic. Albuc. Rogerius Jamerius ℍrun9 z Guil. de saliceto videnk aut saltem eis imponik i differẽter pcedere in oibus fracturis capitis discooperiẽdo ruginãdo trapanãdo z ossa cuz instrumẽtis ferreis euel lendo fundãtes se: ut dicũt super illo cõmuni: q; necesse est detegere z inciderе os ut virulẽtia que infra craneuz coadunak conuenienter possit mundificari z desiccari.

¶ Alij ut magister Anselmus de Janua: z aliqui ℙadua ni: z fere oẽs gallici z anglici ,pcedũt incarnãdo z conso lidãdo cum suis emplastris z potionibus z bono vino: z ligatura fundãtes se sup illo cõi. Q; si possumus sanies sine ossium expulsione expellere melius est qõ facẽ pos sumus cum medicinis pcipue: q; sm modum illum nõ generak sanies: sicut sm moduz alioz: imo inhibek: z si generak cõuenienter cum illis mundificak z desiccatur. ¶ Mõnulli vo ut Theodoricus ℍericus z Lãfrancus

qui iter ceteros melius dicit nitunk tenē viā mediā:sed differēter. Mā Theodoricus incarnat recēs cū potione ⁊ vino cū stupis. Et Hēricus sine potione cū suo empl'o Et ambo antiq̄s fracturas:post q̄z trāseūt q̄tuor uel qn/que dies trapanāt ⁊ eleuāt:ut antiq. Lāfrācus vō in om nibus ꝓcedit incarnādo cū lichinijs intinctis in ptes du as olei ros.⁊ vna mellis ⁊ sup mūdificatiuū de farina or dei ⁊ melle aut de cera ⁊ refina cū puluere capitali exce/ptis duob⁹ casib⁹ in q̄b⁹ ꝓcedit ruginādo apiēdo trapanā do ⁊ ossa eleuādo. Primus casus est q̄n os ꝑmit. Scōs quādo pungit.⁊ fundāt se cum fundamētis duarum via rum addendo q̄ in opatione instrumētorum possunt se qui multa pericula:ꝓpter alterationem quam facit aer: ⁊ dolorē quē facit opatio:⁊ apostema qō ꝓcurat utrūq;.

¶ Ego aūt vidēs istā discordiā impositā:magnis reddebā me dum erā iuuenis anxiū. Postea vō cōsiderauī opa ⁊ accusationes:⁊ nouas expiētias iuenientes discordes su spectos habui. Oꝛ aūt ex dicto duoꝝ uel triū omittat to taliter sentētia bonoꝝ malū est. Scriptū enīz est in ꝓ⁰ de alimentis. Iniustū est vni pre alijs credere sine demon stratione. Et Haliab. in 2⁰ sermone ptis secūde. libri di spositionis regalis. tutius est uti inuētis q̄z uti nouis ex perimētis. In experiēdo enim medicamina corpib⁹ ho minū piculū iminet aiarū:⁊ in piculis coīo:⁊ ꝓbabilioꝛ via est tenēda. Et pp hoc auxiliāte rerū oium opifice nō discedēdo a via Gal. q: illa fuit diuini Hyppo. ut ipse in 6⁰ terrapē. testificat dicēs. q in his vulneribus que in ca pite sunt scriptus est liber iteger ab Hyp. docēs oia que opz gerere in eis. Et nos cū hoc cōpleuerimus ip̄m cō mētabimus. Nec ēt discedā a via Haliaba. ⁊ Pauli atq; Auic. imo eos inter ptādo ꝓcordabo dicta ipsoꝝ toto pos se cū hoc qō euidēter appet. Tales enim debēt eē demō strationes medicoꝝ: ut supi⁹ in capło executiuo fuit alle gatū. Mosco q: plōgare vba extimabat. sed nec̄iū est q ubi maius iminet piculū cautius ⁊ lōgius est agēdum.

¶ Et ut nō oporteat in cura cuiuslibet dīte coia resumere ꝑmitto nouem documēta huic curationi multū nec̄ia.

**Quorum** p̄mū per viā notabilis est q vulnus capitis maxime cū fractura ossis mlt⁹ specialitates ⁊ dīas habet a vulneribus alioꝝ mēbroꝝ tum pp ꝓpingitatē ⁊ nobilitatē medulle cerebralis:tū etī am q: pp eius formam sperica non pōt vnirī:neq; serua ri cum ligatura ut alia membra.

¶ Scōm est q in vulneribus capitis p̄cipue notabilib⁹ opz ut seruent intētiones cōes dicte supius in p̄mone cōmu ni de flōmia ⁊ purgatiōe ⁊ uētre saltim q sel' in die assel let per se/aut cū suppositorio/aut clisteri/aut cū aliquo le nitiuo. De dieta q sit magis tenuis. De exctione ifixoꝝ min⁹ molesta. De fluxu sanguis q restrīgat. Et de acci dētiū correctione ⁊ p̄seruatione ut dictū fuit ⁊ dicet.

¶ Tertiū est q in vulneribus capitis añ oia removeant cri nes ⁊ radat caput eū humectādo cū aq̄ ⁊ oleo:ut dīc Gui lelm⁹ talr cauēdo q pilus aq̄ ⁊ oleū in vulnē nō igredia tur. nā ꝓsolidationē ipedirēt:ut supi⁹ fuit dictū. Et q i p̄n cipio mā ⁊ dolor refrenent sup̄ ⁊ infra vulnus ponēdo albumē ouī:⁊ post p̄ncipiū cetera fiāt:ut in ꝓxis locis dicet. Ad mūdificādū ⁊ incarnādū. Et in circūferentijs semp inungat cū vnguēto de bolo:aut cum oleo ros.ut dolor ⁊ discrasia sedent ⁊ apostematio ꝓhibeat.

¶ Quartū q caueat a frigore:q: ut sepe audiuisti ab Hyp pocrate frigidū inimicū est neruis ossib⁹ ⁊ medullis:⁊ cū hoc aer offendit:⁊ alterat p̄ncipalia mēbra. Et ideo cōsu lebat Guil. q in hyeme qñ ꝓparabunt ponant carbo nes icēsi iuxta ipsos ⁊ clausis fenestris hēat lumē cādele ⁊ q post ligatiōez cooptat caput cū coffa de pelle arietia

¶ 5^tm q si in eis est facta santes remutent in die sel' in hye me:bis vō in estate:⁊ q remutatio ⁊ mūdificatio cum co tone carpia atq; pānis mollib⁹ suauiter ⁊ idolorose fiat.

¶ Sextū q desup lichinia frustū suauis spōgie apponat: ut p ipz suggat ⁊ recipiat sanies q ad cerebr nō descēdat

¶ Septimū q ligatura ꝓueniēs adaptet ligatura capitis ut qñ vuln⁹ icarnare uolum⁹ ligatura duoꝝ capituz fiat que saltim est semīcarnatiua:⁊ fit q habeat binda plus vn⁹ brachij lōga lata q̄tuoꝛ digitoꝝ ⁊ uoluat tota p̄terq̄z duo palmi cū q̄b⁹ incipiat ꝑm frōtis lōgitudinē trahendo vsus aurē oppositā vulneris ⁊ alia ptē uolutā ꝓsus aurē vulneris:aures tñ nō cooperiēdo ducēdo eā usq; ad ca put aliud binde:⁊ ibi iuxta aurē circūuoluat stringēdo: ⁊ caput palmoꝝ ducat vsus iferi⁹:caput uolutū ducat su perius ꝓsus caput reducēdo ip̄m per ptē posteriorē ca pitis vsus caput palmoꝝ:⁊ iterū ut ꝓus eā cuz illa circū uoluēdo ⁊ reducēdo sup caput. Et totiēs illud fiat q totū sit cooptū ⁊ bñ ligatū. Deinde ligāt Bonoñ. duo capita sub mētone. Partisieñ. ea suūt in medio frōtis. ¶ Si au tē uellem⁹ solū tenere medicinā faceremus ligaturā ca pitū multoꝝ que fit in capite per hūc modū. hēatur ma gna pecia linteoli longa triū palmoꝝ lata duoꝝ ⁊ incida tur in quolibet latere ad latitudinem trium digitoꝝ usq; non remaneat nisi vnus palmus in medio. Et tūc vnuz de illis capitibus cum alio stringēdo ꝑm capitis circuitū ligef retro:aliud vō cum alio transeūdo per collum lige tur a parte anteriori sub mentone.

¶ Octauū documētū est q ad cautelā:si aliq̄ squāma ossi remāsit cū vino administrēf audacter:si nō fuerit febris ille puluis capitalis de pimpinella bethonica garīofilata ualeriana osmūda:⁊ q̄tū de oib⁹ tātū de piloselła.

¶ Nonū q situef ⁊ iaceat vulnerat⁹ in p̄ncipio sup ptē in qua minus grauabit:post vō si facit sanie sup locuz vul neratū ut santes possit melius excolari. Et his p̄missis documētis coībus uenīēdū est ad curam ꝑm dīas.

¶ De vulnere capitis facto per incisionem absq; cranei fractura.

**Si est simplex** absq; deposītione subē suaf ⁊ ligef:⁊ ut alia vulnera cu/ref ⁊ incarnef. Si aūt fuerit cū deposītione subē regnēf caro ⁊ cutis cicatriçef cū suis lichinijs ⁊ ꝓprijs puluerib⁹ vnguētis ⁊ emplis:⁊ ut cetera vulnera tractef. ¶ Oꝛ aūt sutura sit utilis nō solū in talib⁹ simplicib⁹ vulneribus capitis:sed in multis alijs nō paruis:itellige ſz magnis: ꝓbaf ita. q: illud est utile multis vulneribus capitis qō fa cit pmanere ptes distātes approximatas in idē. Et cum hoc ꝓhibet aeris alteratiōnē que est multū nociua:ſz su tura est huiusmodi in 3⁰ tegni.⁊ terrapē. per totuz.g tc̄. Et ista fuit iutētio Aui. in 4⁰ dicētis. In fissuris vō in q/bus nō est nisi scissura si est plurima suaf. Et qō est fortⁱ loquif qñ est cranei fractura:ut patet per ꝓcessum capli. Et notāter dicit si est necessariū:q: si talis fissura esset in sumitate capitis nō sueref. sed in lateribus bñ sueref:ut dicef infra. Et hāc talē suturam cōcedit Guil. de saliceto Lāfrācus ⁊ Hēricus:⁊ intātū Hēricus cōcessit q sibi fu it visum q Theodoricus eā cōcesserat qui cōtra Auicē. vna cū appositione olei ros. penitus negauit. Et male. nam multotiēs Aui. ⁊ Paulus cōcesserūt ⁊ iubēt infun dere vulnus capitis cum oleo ros. ad sedādū dolorē qñ vulnera ptingūt usq; ad pelliculā neruosam cooperien/tem carnē. Et ad mollificādū ossa adhereūta ut leuius ex trahank. Et ad rep̄mēdum acuitatē quādo uolumus pā niculos interiores mūdificare cū melle. Nec ratio eorū ualet quantū ad futurā:q: ligatura incarnatiua in capite est multū defectiua:ut dicef. Nec quātum ad oleuz rosa tum:q: ſz vnctuosum maculet vulnera simplicia. nihilo minus cōposita cum dolore/⁊ alijs dispositionibus indi cantibus oleū rectificat ⁊ emēdat. Medicare enim sem per iubet Gal. indicationes aduersantes.

¶ De vulnere capitis facto per incisionem cuz cranei fra ctura non penetrante.

**Vulnus tale** aut est magnū/aut puū. si par uū gdem rimulam uocauerūt

multi.eodē mō curak ſicut p̄cedens ſiue fractura cranei: qz in tali vulnere pauca gñak ſanies. Et ꝓpter eius groſ ſitudinē per talē paruā fiſſura deſcēdere non p̄ōt. ¶ Si vō fuerit magnū aut eſt in lateribꝰ capitis:aut in ſupiori pte.ſi fuerit in lateribꝰ:eadē ēt cura curak ut p̄mum ſimplex:niſi qz in iferiori pte ponik tēta:ut ſi aliq̄ mā retinebak in illa fiſſura per foramē tēte ualeat expurgari. Si i ſupiori pte nō ſuak ſed fiet ibi cura. Gal.in 6ᵒ terrapē.dicit. Simplices igik rupture uſqz ad diſploā.i.mediū duarum tabularū cranei p̄uenientes dictoz raſoꝛ.ſ.ruginoz ſtrictoz indigēt:eē aūt eos opz multos gdē quātitate:nō eq̄les aūt magnitudine:ut nō careat ultimo opus.deide denudato ꝑm cōſuetudinē patiēte oſſe uti ꝓmo gdez ampliori.2ᵒ vō poſt ipm ſtrictiori. Et deinde ita ꝓgnter alijs uſqz ad ſtrictiſſimū:hoc aūt utēdū in ipſa diſploi. Deide ſi dolor aliud nō regrit curare ſiccis farmacis ꝓfeſtim z uſqz in finē que utiq̄ uocak cephalia de qbus in fine capituli fiet ꝑmo cū ſuis lichinijs:z exiccatorijs:z alijs auxilijs opportunis. Quare aūt iſtud vulnus nō ſuik:q: exiſtēs in medio capitis nō eſt potēs expurgari per ſe. Et ni ſi imbiberek ſanies:z cū lichinijs:z alijs auxilijs deficcarek poſſet retineri aliq̄ materia in medio tabularuz:z ibi putrefieri z putredinem in oſſibus generare.

¶ De vulnere facto cum inciſione cum fractura cranei:ſine deperditione ſubſtantie uſqz ad interiorem ſuperficiem penetrante.

**Tale vulnus** aut hēt ſgrlas:aut nō:ſed eſt,plenū z eq̄le. Si ſgrlas que poſſēt pūgere durā mr̄em ſquirlis z aſpitatibꝰ planatis z equatis cū lēticulari:z alijs inſtr̄is eodē mō curak ut i mediate fuit dictuz. Et hoc eſt qđ dicebat ꝓgnter Gal.in eis vō que uſqz ad miringā pueniūt ſigdē fuerit ſola ruptura z ſciſſura:z nō caſſatura p̄dictis raſorijs utēdū. Et hoc quātum ad illa que ſunt in bregmate.i.in ſupiori pte. In illis vō que ſunt in latere nō multū curauit de inſtr̄is:niſi qz fuerenk z cum tēt̄is mūdificarenk. Et hoc in fine capituli narrauit in duobus exēplis. Vidi deniqz bregmatis qui dem os fractū:qz vō eſt deinceps os uocatū tēporis ubi ſquamiformes imiſſiones eē accidit uſqz ad multū maximā hñs ſciſſurā q̄z nos oino nō tāgētes:ſed ſolū abſcindētes ea que bregmatis curauimus hoiem ut adhuc viuat ab annis multis. Si vō his qui bregmatis reliquerimus ita putrefieret utiq̄z cito ſuppoſita erat miringe anteq̄z porofarek fractura. Gal.dat cām utriuſqz cure. Nam ſi nullus ex patiētibꝰ ꝓcor intus flueret ſupfluū eſſet abſcindere os mō:qz in tpe qđ eſt in latere ex patientibus ꝓcor nō deſcēdebat:z ſi deſcēdebat in loco habili erat ad expurgādū:ꝓpter hoc nō erat neceſſariū cum inſtr̄is abſcindere. Sed in bregmate:qz nō erat in loco habili ad expurgādū ꝓcores:imo potius ad retinēdū:ꝓ:o tāto fuit neceſſariū ampliare:z cū lichinijs z alijs auxilijs oppoꝛtunis ꝓcorē ꝓhibere z gñatū extrahē z deficcare. ¶ In alio vō exēplo eodē mō fecit.q:dubitabat qz moueret cerebrū ꝓpter duritiē oſſis tēporis:z per foramē:ſi ipſum faceret exiret cerebrū. Et cum hoc q: per latera exeunt multe explantationes neruoz nobilium.

¶ De vulnere cum cōtuſione z parua fractura oſſis.

**Si huiuſmodi** fractura eſt cū ſquirlis pūgētibus cuz lēticulari z alijs inſtr̄is applanabunk:z poſtea ſuppoſita ꝑma remutatione in documētis ſuprius dicta petia pānī delicati: aut ſindonis mollis infuſa in melle z oleo roſ.deſup apponak ipſam aliqualr̄ cū cauda ꝓbe iter os z durā matrem imponēdo ut defendat qz ſuo motu p̄niculi nō ledātur in oſſe. Et deſup lichinia delicata infuſa ſaltim ꝑmo cuz eadē mixtura. Et ſupꝛa ipſam z ipm os petiā pānī etiaz infuſam:ut inhibeat qz ſanies iferius nō deſcēdat. Antiqui tñ ponebāt petiā vnius ciphi z erat truffa:q: aſſiſtentes qui nō erāt in ſcōa remutatione credebāt qz ibidē loco oſſis depditi remaneret:z deſup in vulnere carnis ponank aliq̄ lichinij ſicci uel petia ſpōgie ut imbibat ſaniez. Et deſup emplm capitale ꝓforatiuū ut nō icludat ſaniez z ultimo ſtupatas balneatas in vino calido z expꝛeſſas: z vnā nō infuſam:z ligek ita delicate qz ligatura retineat: z nō compmat. Et qñ erit bñ mūdificatū remoueak pannus ꝑmus:z ponak puluis capitalis:z cōtinuek ad incarnādū:z ultimo qñ erit icarnatū puluē cicatriçatiuo clauda k z ꝓſolidek:z in iſta opatione ſatis laudo Henricū.

¶ De vulnere cū cōtuſione abſqz fractura cranei.

**Eſt cōſiliū** Auic.qz mā refrenek a p̄ncipio cuz cōi remutatione de albumine oui. Et ſi vis addere oleū roſ.q: mitigatiuū bonū eſt. Poſt vō reſoluak mā cū vino ſalito:z melle:aut cuz aliquo ex dictis in capko de cōtuſione in ſermone cōmuni. Et ſi fiat ſanies maturek z apiatur:ut alie exiture.

¶ De vulnere cum cōtuſione z parua fractura.

**Eſt cōſiliū** Gal.qz ſi fractura eſt pua qz curetur ut p̄fata ꝓtuſio:eo qz Gal.nō faciendo mētionē de dīa:quā uocauit ſolū ſedē eoz que pcuſſerūt:tacēdo etiā de cura uoluit affirmare qz curarek ut alia. Tota cura ſtat qz talr̄ reſoluak ut ſanē ſaltim notabilē nō faciat. ¶ Aui.vō in 3ᵒ cañ.de ſoda a pcuſſione z regimine eiꝰ cui accidit cōmotio cerebri.dicit qz opz ut ſit tota tua intētio in hoc caſu ut dolorē ſedes quātū potes: z elōges mām a loco leſo ut nō apoſtemek. Et hoc cum euacuatione z attractione ad ōrīū cū ſlōmia z cliſteribus acutis z pillis cochijs:ēt emplaſtrek locum in p̄ncipio cū eo qđ cōfortat:ſicut ſunt emplaſtra que fiūt ex aq̄ mirti z ſalicis vōge paſtoris uel ex oleis mirtino z liliaceo z roſaceo. Et ex pul.roſ.balauſtiaꝝ cip̄ſi calami aromatici lētiū camomille melliloti boli armeni aluminis mirre olibani atqz citonijs cōfectis cū vino. Et dare in potu ſticados cū aq̄ aut melle. Ipſi enim cū eo liberantur:ut dicit. ¶ Et cū egrediek pp pcuſſionē ſāguinis ex cerebꝛo opz ut patiētē potes cū cerebellis gallinarū aſſatis cū aq̄ granatoꝛ. Et Theodoricus ad h̄ facit emplm cū baccis lauri cimio aniſo ſale maſtice thure atqz cribꝛatura furfuris coctis cuz vino qđ mihi placet in fine. Et in iſta fractura potiones p̄ñt adminiſtrari ꝓuenientes:q:tanq̄z per ſe pare aut cū modico auxilio adiuta natura potes eas rectiſicare. ¶ De cōtuſione cū fractura magna.

**Si fractura** eſt magna neceſſario eſt eūduz ad cyrurgiā z dilatationem fracturarū:qđ ꝓbauit Gal.in 6ᵒ.z Aui.in 4ᵒ per tres rōes. ¶ Illud opz fieri per apturā:qđ nō p̄ōt fieri per ligaturaz. Sz ꝓhibitio apatis z deſcēſus māet:que eſt p̄ncipalis i tētio in oibꝰ fracturis ꝓquaſſatis nō p̄ōt fieri in capite p ligaturā:q:ieptū eſt pp formā ut ibidē deduckt.ergo ꝛc̄. ¶ Preterea qđ minꝰ videk ieē z ieſt:z id qđ magis:ſed minꝰ videk qz in brachijs:z in alijs oſſibꝰ eēt nec̄iū apire z extrahē ꝓcores q̄z in capite:z tamen eſt neceſſe aliquotiēs:ergo plus eſt in capite neceſſariuz ꝓpter cerebꝛum. ¶ Ampliue ſi eēt aliq̄ excuſatio hoc eēt p medicinas. Sz ille nō ualēt ſine ligatura:ut dicit:z eſt uerbum notabile. Neceſſariū eſt ergo in magnis cōtuſionibus denudare z dilatare aliquā ptē fracture:ut poſſimus abſtergere z leuare a miringa ꝓcores. Nō audiank ergo uerba illorū Theodoricoꝝ z Januēſiū qui ſe iactāt oēm fracturā capitis cum ſuis pigmētis z potionibus abſqz cyrurgia z elevatione oſſiū curare:q: lz de paruis eſt poſſibile ut dixi: de magnis tñ nunq̄z vidi:neq̄z ratio Cōciliatoris ualet: qz fortes medicine eleuare z extrahere poſſunt a p̄fūdo. Nam tales ſuſpecte ſunt ꝓpter enim nimiam fortitudinem ſpecialiter in diſpoſitis:qđ utplurimū ſunt coꝛpora noſtra:ut ſupꝛa 4ᵐ. Aui.dicit Dinus:p̄ñt adducere apoſtema. Nec illa Henrici qz ipſi poſſunt curare omnia vulnera abſqz notabili ſanie:quia in magnis contuſionibus ſaniem notabilem oportet aduenire terrapen. 4ᵒ. Neqz

ꝙ allegãt de nã potẽtt:hic enim de pua intelligit mã:qa in magna opꝛ ꝙtra apire ut in empimate sub q̃rta costa: sicut infra dicet.ꝛ magis miroꝛ qñ dicũt ꝙ ultra q̃rtã diẽ nõ ualet potio eoꝛ credebã ꝙ plus ualeret post:eo quia vulnus de fluxu ꝛ dolore ꝛ apate est securatũ. Neqꝫ dicũt qd eẽt faciẽdũ:si potio nõ ualeret:credo ꝙ faceret ut de malo nauta dicit 5° terrapẽ.qui pp negligẽtiã pdens nauẽ:deinde dãs tabulã cuilibet nauigatoꝛ ut per eaꝫ si possit adipiscat salutẽ. ¶ Necessario igit eũdũ est ad cyrurgiã cranei fracturarũ:quã Gal.sub quodã epilogo i 6° terrapẽ.sic ponit.Si vo cũ q̃ssatione aliq̃ sup.magna fuerit abscindẽ opꝛ qõ cõquassatũ est uel per terebella i circuitu ꝑmo pforãdo:deide ita utẽdo abscissorijs uel p toꝛtellos moꝛ a ꝓncipio. ¶ Uerũ qꝛ breues ꝑmones in ꝓacticis nõ sufficiũt cõmẽtãdo epilogũ Gal.factaꝫ duo. ¶ Primo ꝑmittã octo documenta ualde necessaria ad opationẽ istam:deinde ponã opationẽ cõcoꝛdatam per Gal.¶ Haliabatem Paulum ꝛ Auicẽnam.

¶ Primum documentum est ꝙ non exerceatur operatio in eo in quo virtus est debilis:qꝛ ꝑm Gal.2° afforismoꝛum ubi est indigentia non opoꝛtet laborare.

¶ Scõm ꝙ añ oia ꝑmittat ꝛ ꝓtestẽt de ꝑiculo ut hõ euitet sermones stolidoꝛ.in 4° cañ.Aui.

¶ Tertium ut in opatione fugiat cõmissuras quãtum poterit:timẽdum enim eẽt de casu ꝛ lesione dure matris ut in anothomia fuit dictum.

¶ Quartũ ꝙ caueat de plenilunio:qꝛ in eo cereb:ũ augm̃tat:ꝛ ad craneũ appꝛopinquat in 3° de creticis diebus.

¶ Quintũ ꝙ dilatatio fiat magis in loco decliuioꝛi:qꝛ talis est aptioꝛ ad expurgãdum.terrapẽ.13°.

¶ Sextũ ꝙ in dilatãdo nõ ꝙseq̃tur finis fissuraruꝫ sufficit eni ꝑꝫ.B.auferre tãtũ de osse ꝙ sanies possit expurgari.

¶ Septimum ꝙ si os qõ debet extrahi repugnat extractioni:cum oleo roꝝ.infundat ad hoc.ut taliter mundificetur qõ indolorose extrahat.

¶ Octauũ ꝙ citiº q̃ꝫ poterit expedias te de opatione maxime in compssione ꝛ pũctione pãniculoꝛ:qꝛ ad ista citissime ꝙsequunt apostema ꝛ accñtia mala:neqꝫ in descẽsu mãei de supius speres alias expectes in estate diez septimã.Neqꝫ in hyeme q̃tã:qꝛ post suspicat in pannicuis esse facta talis impssio ꝙ opatio non ualeret.

¶ Loñter opationẽ ꝙcoꝛdatã per Aui.iuenio in 4° q̃liter ingt fit curatio nos dicemº in hoc illud qõ dixerũt ꝑmi. Ingunt:opꝛ ut radat in ꝑmis caput vulneratũ.Et fiant in eo due fissure secãtes se ꝑm figurã crucis:aut ꝑm figurã cifre de.7.ut dicit Lãfrãcus:ꝛ opꝛ ꝙ vna earum sit sectio pcussionis:deinde opꝛ ut excorient anguli ꝛ discoplat os totũ quassatũ in quo dꝫ fieri cõcauatio.Qõ si accidit inde fluxus sanguis opꝛ ut ipleat vulnus cũ pãnis ifusis in aq̃ ꝛ aceto:aut cũ albumine oui.Et si nõ accidit fluxus ipleat pãno ficco tenui:deinde pone sup ipꝫ puluillos in vino ꝛ oleo ifusos:ꝛ administra ligamẽtum qõ ꝙuenit ad illõ:ita ut cũ fuerit mane si nõ acciderit aliqõ ex accñtibº malis tũc incipias cauare os fractũ.Et illud est:qñ opꝛ ut tu facias sedere ifirmũ ꝙ ꝑm cõueniti:deide oppila aures etº cũ lana:aut cũ cotone ut nõ ledat exuoce pcussionis:ꝛ solue ligamẽtũ vulneris:ꝛ aufer pannũ ex eo:ꝛ absterge ipm.Deinde ꝑcipe duobº ministris ut teneãt cũ pãnis subtilibº angulos excoriatos:ut si pũgant cũ filo poterit hoc facẽ vnus.ꝛ tũc si os fuerit debile:ꝛ parũ se teneat sepa ipm cũ incisorijs ꝛ lẽticulari:ꝛ si est necesse pcutẽ cũ malleo fiat cũ facilitate.Si autez os fuerit forte opꝛ ut pforet cũ trapanis foraminibº multis vnũ ꝓpe aliud ad quãtitatẽ taste ꝑm ꝙ uolueris expellẽ de osse:postea cũ incisorijs sepa cũ vno foramine ad aliud foramẽ quousqꝫ fuerit sepatũ os.Et tũc ipm cũ eleuatorio eleua:ꝛ ipm cũ digitis:aut puis tenaculis extrahe. Post vo cũ lenticulari ꝛ malleo omnes squirlas ꝛ asperitates applana ꝛ vulnus carnis,ꝛ ossis curẽtur:ut fuit dictum de fractura cum ossis deperditione.

¶ De correctione accidentium.

**Si occurreret** apostema qõ utplurimum euenit ꝓp compssionẽ ꝛ pũctura ossis ꝛ tẽtarũ ꝛ ligamẽtoꝛ:aut ꝓp frigus:aut ꝓp malũ regimẽ:tũc festina ad eleuationẽ ꝛ sepationẽ causarũ. Et subtrahe mãm cũ flõmia ꝛ aliꝫ euacuationibº ꝛ mitiga locũ cũ oleo roꝝ.calidoꝛ:aut cũ aq̃ ca'a decoctiõis al tee fenugreci seminis lini camomille ꝛ filiũm:ꝛ empl'm de maluis:ꝛ hoc multũ laudat. ¶ Si aũt nigredo acciderit in miringis ex nã medicaminũ abstergat ꝛ mũdificet cũ melle ꝛ oleo roꝝ.Qꝛ si acciderit ex seipso:ꝛ puenerit ad oculũ cũ signis aliꝫ malis:tũc opꝛ ut dictuꝫ est ꝙ nõ cõfidas de salute ifirmi.Nã illa nigredo significat ꝑm ꝙ dicit ¶ Paulus caloris nãlis destructionẽ. De carne supflua ꝛ aliꝫ accidẽtibus dictũ est in sermone cõi.

¶ De medicinis capitalibus fit sermo.

**Medicine** vulneris capitis i ꝓncipio quousqꝫ ab apate fuerit securº debẽt eẽ mitigatiue q̃lis est mixtura triũ ptiuꝫ olei roꝝ.ꝛ vna mellis. Et tñ senex 6° terrap.oximel apponebat.Et si dolor nõ ifestabat ad melº mũdificãdũ debẽt eẽ ecõuerso tres ptes mellis vna olei roꝝ. ¶ Postq̃ aũt fuerit securus ab apate dꝫ eẽ medicina desiccatiua sine mordicatione q̃lis est pulus capitalis qui fit ꝑm Gal.de ꝓeos ilirica orobi farina mãna que est thus minutũ:aristol.corticis radicis papaueris.Brunº vo addit mirrã/sarcocollã/ꝛ sang. dra.Lãfrãcus vo ꝛ Guilelmº mirtillos ꝛ nucis cipressi.

¶ Empl'm capitale de bethonica qõ ponit desup ꝑꝫ ¶ Hericũ sic fit.℞.succi bethonice/succi plãtaginis/succi apij colatoꝛ.añ.lb.j.resine cere noue.añ.q̃tã.j.terbẽtine lb.j.coquant ꝑmo usq̃ ad succoꝛ cõsumptionẽ.ultimo ad dak terbẽtina:ꝛ fiat empl'm. ¶ Empl'm de cẽtaurea quo ego libẽter uto:in vulneribus capitis sic fit.℞.cẽtaureemi.Ad.vj.tẽperent per vnã noctẽ in vino albo:deinde coquant ad ꝙsũptionẽ medietatis:deinde colent ꝛ colatura bulliat usq̃ ad spissitudinẽ mellis de quo recipias ℥.iij.lactis mulieris.℥.ij.terbẽtine.lb.j.cere noue.q̃ꝛtaꝫ j.resine.q̃rtam mediam.thuris/masticis/gũmi arab.añ. ℥.j.fiat empl'm. ¶ Potio ad vulnera que in capite dicta est in istius capituli documentis.

¶ De instrumẽtis cum quibus fit opatio.

**Instrumenta** capitalia sunt sex ꝛ debẽt esse de q̃libet forma tria:maiº minus ꝛ mediũ.Primo sunt trapana que sunt ad faciendũ foramina pro ossis eleuatione ꝛ sunt diuersoꝛ modoꝛ. Gal.facit ea ad modũ terebelli cum quadã circũuolutione eminẽte parũ supra eã:que in terebello acutã extremitatẽ:ut pforãdo nõ cadat supra duram matrem.

¶ Partiẽ.ad euitãdã multitudinẽ formarũ que debent eẽ ꝑm spissitudinẽ ossis loco illiº eminẽtie faciũt trapana forata sup acuitatẽ:ꝛ cũ vna cauilla mutãdo per foramina adaptãt ea ad spissitudinẽ ossis:ut hic apparet.

¶ Bonoñ.ea faciũt ad modũ lãcee qꝛ ps acuta põt itrare ꝛ lata ꝓhibet ut cõtra uolũtatẽ itus non cadat ut hic.

¶ Duo sunt separatoria ad separãdum de vno foramine ad aliud ꝛ sunt duarũ formarũ.ꝑma gallicana ut hic.Secunda Bononiensium ut hic.

¶ Et de eius cauda potest fieri eleuatorium:

¶ 3° autem sunt eleuatoria ad eleuãdum os trapanatum ꝛ separatum:ut hic.

¶ Quarto sunt rugina ad ampliandum fissuras:ꝛ sunt ad modum rugine fusciariorum ut hic.

¶ Quinto sunt lenticularia:ꝛ est instrumẽtum multũ laudatum a Gal.qꝛ multum applanat ꝛ separat asperitates separãdas cum securitate:ꝓpter eminẽtiam lenticularẽ quam habet in capite.Et est in forma scindipẽtium cuꝫ lenticula in acuitate sua ut hic.

¶ Sexto est malleum ad percutiendum retro lenticulare

ꝛ debet esse de plumbo ut in parua quãtitate magis põ/
deret ꝛ sonet magis obtuse: ut hic.

¶De vulneribus faciei ꝛ partium eius. Caꝑ.II.

Ulnera faciei ultra intentiones cões
ꝗtũ ad eĩ totalitatẽ nihil hñt
ꝑiũ: nisi ꝙ ꝙ: est mẽbꝝ decoris ꝛ honoris:
ita caute tractenk ꝙ vniones ꝛ cicatrices nõ fiãt turpes.
Et ideo ubi erit possibile fuere eũ cũ petijs pãnoꝝ ut
dictũ est fiat. ubi aũt nõ erit possibile ꝛ fuerit pars carno
sa fixa non mobilis sufficiẽter suak cum filo sutura sepa/
ratoꝝ pũctoꝝ. ubi vo fuerit pars mobilis suak cum acu/
bus inuolutis remanẽtibus in loco. Si autem pars fue
rit ficca suak sutura pelliparioꝝ. Et ubi erit possibile liga
re ligatura incarnãte fiat. Albu. aũt nasum aures ꝛ labia
dum sunt sanguinolẽta ꝛ recẽtia: aut renouata cum scar/
pello aut rasorio fuere ꝑcepit sutura que dicek in uentre

¶Uerũ ꝙ: facies quodãmõ ꝓticipat cũ capite in rotũdita
te ꝛ figura sperica deficiat ab illa ligatura. Et cuꝫ ꝫ accu/
bit⁹ eã relaxat necessariũ est eã mediare app:opinquan
do meli⁹ qõ erit possibile ad icarnatiuã. Et ꝑp hoc est cõ
siliũ oĩum opantiuꝫ ꝙ vulnerati in facie hẽant in capite
coffam seu capellinã de pãno lineo forte bñ ꝛ firmiter li
gatã cũ capite in qua oẽs ligature ꝓsuank. Etiã est nec̃itũ
ꝙ: facies est plurimarũ ꝓticularũ: ꝙ loco stupata
rũ aliqñ ponank pãni duplicati aut triplicati: ut meli⁹ ap
plicent ꝛ leui⁹ remoueank. Quãtũ ad suas aũt ꝓticulas
habet ꝑpriũ. ¶Primo de vulneribus oculorũ.

Ulnera oculoꝝ sunt timorosa: ꝑp ipm visum:
ꝛ ꝑp eoꝝ ꝑpinqtatẽ ad cerebrũ: imo
vidi multotiẽs: qõ ẽt attestak Bñuenut⁹ ꝑp vulnera cir/
cũstãtiarũ oculi seq oppilõnẽ neruoꝝ opticoꝝ ꝛ cathara/
ctas. qd ergo dicã qñ fuerit in suba oculi: certũ est: ꝙ si ef
fundãtur humores seqtur destructio oculi: ꝛ ipsius act⁹.
Et si Gal. in 4° de egritudine ꝛ sinthomate vidit illum
puerũ pũctũ grafio ex quo effusa fuit ꝓfestim aquosa hu
miditas: curatũ. hoc fuit de raro cõtingẽtib⁹. Et potuit es
se ꝑm nãm. Nõ obstãte ꝙ Rabbi moyses: ꝗsi derideꝺo
G. dicit ꝙ fuit de mirabilib⁹ ipsius. ptes enim spmatice
in pueris quotidie regiãtur ut videtis. ¶Cura est ꝯ
Jesum ꝓhibere mãz ne fluat ad oculũ. Et si sanguis nõ
exiuerit colliriçek cũ thucia ꝛ modica cãphora. Si autez
sanguis exiuerit cuꝫ sedeng curek: ꝙ: ad hoc multam ha
bet virtutẽ ꝛ pone sup oculũ albumẽ ouĩ: ꝛ ligek cum in
stita firmiter. Bñuenutus in hoc casu sũme laudat ger/
mina ouoꝝ agitata ꝛ ducta in mortario in forma vnguẽti
Et uocat hanc medicinam virtutem a deo datam.

¶De intrantibus in oculo.

Si aũt aligd itrauerit in oculo ꝛ vulneret ꝛ dolo/
ret: ꝛ offendat eũ. Qꝺ sit uelut firmus pul
uis lapillus/ aut palea siue arista ꝑcepit Jesus distillare ĩ
oculo lac mulieris uel aquã dulcẽ pluries: ꝙ: mundificat
eũ ꝛ extrahit oẽ qꝺ in eo cadit: ꝛ si nõ recedit reuersa pal
pebꝛas: ꝛ si vides hoc inuolue stillũ aut digitũ cũ panno
suaui lineo ꝛ absterge illud. ꝛ si nimis se teneat cũ picica
reolis remoueatur. Et distilla in oculo lac mulieris pu/
ellam nutrientis.

¶Ad tarsen ꝛ sanguinem qui infra oculum euenit ꝑpter
vulnera ꝛ percussiones:

Laudat Jesus instillationẽ lactis puelle ꝛ albu/
minis ouĩ ꝛ sanguinis colũbini qui est
sub ala. ¶Et emplare oculũ cũ medulla panis in vino
infusa est optimum. ¶Et si nõ dissoluak distilla in oculo
aquã ameos ꝛ salis gẽme: ꝛ fomẽta oculũ cũ aq̃ decocti/
onis oꝛdei ꝛ ysopi ficce. ¶Et si nõ recedit accipe claraz
aquã in qua steterit arsenicũ puluriçatũ ꝛ ꝓjce in ocu
lo. ¶Et ex his que ꝓficiũt tarse est fiek. Qꝺ. ℞. sedeng.
abluti. ʒ. iij. eris usti. ʒ. ij. coralli margaritarũ nõ pforataꝝ
aã. ʒ. ʃ. gũmi ara. dꝛagagãti. aã. ʒ. ij. ꝛ. ʃ. pipis ĝna. xxxij.
ceruse lote. ʒ. j. arsenici rub. san. dꝛa. croci catabie. aã. ʒ. ʃ.
fiãt fiek cũ sanguine gallinarũ: ꝛ utank cũ lacte puelle.

¶De vulneribus palpebꝛarum.

Precipitur ꝙ suank cũ acub⁹ curuatis: ꝛ si fie
ret sutura cũ cauillis: ꝑp motum
palpebꝛarũ magis eẽt tuta spãliter qñ area piloꝝ est ici/
sa: tãte enim carũlaginositatis est ꝙ difficulter vnitur. ꝛ
post cum puluerib⁹/ ꝛ pãnis bñ sustinẽtibus artificialr
ꝛ ingeniose ligek. ¶De vulneribus nasi.

Nasus quãdoqꝫ vulnerat: qñqꝫ frãgit
qñqꝫ atterit ꝛ ꝗssatur.
Hic aũt ꝑpe agek de vulneri⁹ ꝛ icisionib⁹: ꝙ: plurimuꝫ
accidũt ꝗtũ reliq̃: gra tñ coionis dicek ꝛ de alijs: ut de capi
te fuit dictũ. Nasus qñqꝫ abscindit ex toto: qñqꝫ nõ: sed
adheret: ꝛ tenet se cũ carne labioꝝ. Si nasus ex toto ceci
derit ampli⁹ nõ põt reuniri. vnitio enĩ in oꝛganicis est i
possibilis in ʒ°tegni. Et cã in iudicijs ulibus fuit dicta.
Quicqd dicãt garrulatores. Si aũt ex toto nõ fuerit ici
sus si sanguinolẽtuꝫ est: aut si nõ qõ scarificãdo renouek
vuln⁹ suak caute ꝛ decẽter: eo mõ quo dictũ est supi⁹ de
sutura cũ filo factẽdo tot pũcta quot erũt nec̃ia. Et si ac⁹
recte nõ pñt bñ ad suturã adaptari calefaciẽdo easi igne
curuenk ꝛ iponank in narib⁹ due tente rotũde de stupis
aut cãnulate de pẽnis anseris ut aer ꝛ sanies sua possint
hẽre spiramia. Et post ponak puluis ꝛ applicenk pluma
ceoli de pãno decẽter facti vnũ in quolibet latere: ꝛ aliuꝫ
desup qui comphẽdat totũ balneati in ꝑma ꝑparatione
cũ albumine ouĩ: cuꝫ vino albo calido. Et qñ erit neces/
se curek cum empl'o uel vnguẽto incarnatiuo ꝛ ꝓsolida/
tiuo ꝛ ligetur ingeniose. ¶Ligatura nasi.

De ligatura isti⁹ ꝓticule multi altercati sũt.
Albuc. enim ꝛ Aui. eã defẽdẽ
videnk: Lãfrãcus ꝛ Theodoricus: ut facit sibi credẽ Hẽ
ricus ꝑcipit ligare cũ duab⁹ ligaturis vnã subt⁹ nasuꝫ ad
sustinẽdũ: aliã sup nasum ad tenẽdũ medicamina. Ro/
gerius ꝛ Guilelm⁹ ligãt cũ vna binda icisa per medium
per vñ nasus possit trãsire ad modũ capistri. Hẽricus to
tũ hoc reꝛobat. imo dicit ꝙ meli⁹ staret sine ligatura: ꝙ:
si ipsa est strictio: nasum deformabit. si laxio: parũ ꝓficit.
Et utraqꝫ in somno poterit nocẽ ex compssione ꝛ vsio/
ne ꝛ motu ꝛordinato. Nihilomin⁹ in casu ꝛcedit ꝙ liget
subtus: ꝛ nõ desup. ¶Ego aũt de hac altercatione paꝛ
curo: ꝙ: ut dixi in facie nõ põt dari certa regula de liga/
tura icarnatiua: ꝗre glibet faciat: ꝑm ꝙ per suũ ingeniuꝫ
meli⁹ iuenire poterit: dũtaxat ꝙ in capite sit bona coffa:
aut capellina in qua suank ligature: ꝛ ꝙ suẽdo ꝛ ponẽdo
satis de stupis ꝛ idoneis sustentamẽtis: ut ꝑcipit Theo/
doric⁹: meliori mõ quo erit possibile adaptek: ut teneãt
partes app:oximatas ꝛ medicamina applicata sufficit.
¶Si aũt nasus eẽt ifrigidat⁹/ ꝛ alterat⁹ ꝓsulit Henricus
ꝙ cũ calitate nãli pulloꝝ tãtũ calefiat ꝙ rectificek. Si au
tẽ nõ põt rectificari remoueak ꝛ tardius quo poterit/ ꝑp
diffamiã ꝑpli loc⁹ curek ꝛ cicatriçek. Et stet ꝑma ꝑpara/
tio per tres aut ꝗtuoꝝ dies. Alie vo bis in die remutenk.
Os nasi infra. xviij. dies spak ꝙ restaurek. ¶In fractura
addik ꝙ cũ itromissione digitoꝝ: aut alicui⁹ bacculi ab i
tra nasus sustẽtek ꝛ ab exꝛ cũ manu altera equek. Et post
itromittank tẽte ꝓuentes ꝛ iuxta/ ꝛ desup plumaceoli i
ꝑmis ifusi cũ albumine ouĩ. Et post cũ oꝛaglone in quo
farina uolatilis ꝛ puluis rub. cũ oleo ro. fuerit malaxata
ꝛ caute sustineak ꝛ liget. Et qñ cũ fractura fuerit attritio
curek ut alie ꝓtusiones. Si aũt est cartilaginis sepatio cõ
glutinek. ¶De vulneribus auriũ ꝛ labioꝝ.

Nihil habent ꝑpriũ suãtur ꝛ ligẽtur melio
ri modo quo erit possibile:
ꝛ ut alia membꝛa carnosa curentur.

¶De vulneribus colli: ꝛ partium eius. Caꝑ.III.

Ulnera in collo quedã fiũt
in sola car/
ne: quedã vo in ossib⁹ spõdiliũ: quedã in ligam

tis lateralibꝫ:quedã vo in uenis organicis:quedã in viis ciboꝝ ꝛ anhelitꝫ. ¶Propterea q ultra intentiones communes habent propriam ligaturam. Et aliqua propria pronostica ꝛ pauca curatiua.

**Ligatura colli** icarnatiua fit cũ binda lõga duorũ capitũ ponẽdo mediũ binde ab oppoſita pte vulneris uoluẽdo colluꝫ:ꝛ ea ducẽdo ꝑm crucẽ ſuꝑ vulnus:ꝛ poſtea faciẽdo trãſire per ſubaſſellas reducunt ad colluꝫ eũ revoluẽdoꝝ:ꝛ ibidẽ ſuẽdo. Et ſi eſt capellina in capite ſuak cũ ea ut eã manu teneat q nõ deſcẽdat. Ligaturã medicaminũ retẽtiuã ꝑcipit facere Rogeriꝰ ita. ſcindak ligatura ab utraq; pte:ꝛ duo brachia ſuptora trãſeũdo ſup aures ligenk in fronte Alia duo inferiora tranſeũdo ſubaſſellas ligenk in pectore. Alia vo duo media ligenk per mediũ colli.

¶Pronoſticatio.

**Pronoſticatur** aũt ꝛ iudicak de vulneribus colli per Rogeriuꝫ: q ſi neruꝰ ſeu chorda icidak in collo raro eſt ut decetero colluꝫ liberũ hẽat motũ. ¶Amplius dicit q ſi vulnꝰ ueniat uſquequo exeat nucha mortale ꝛ icurabile iudicak. Maꝝ paſſiones nuche ſikes ſunt paſſionibꝰ cerebri:ut in 2ᵒ de utilitate in anothomia fuit allegatũ. Si aũt nõ pueniat ad medullã lꝫ ſit curabile timẽdũ eſt ꝓp leſionẽ nerꝝ oriẽtiũ ab illa pte nuche de nocumẽto ſenſus ꝛ motus neruoꝝ ꝛ mẽbroꝝ ad que delegank nerui ꝛ infra de fractura ſpõdiliũ dicek. Propterea vulnera que ptingũt ad neruos reũſiuos ꝓpetuã gignant raucedinẽ. Et ſi ptingũt ad quẽdã neruũ qui trãſit iuxta aures dicik q nunq; gignabit hõ. ¶De icliſiõe cuiuſdã uene ſpmatice eſt truſa:ut ſupra in anothomia fuit allegatum. ¶Propterea vulnera uenarũ ꝛ arteriarũ groſſarũ ſunt ꝑiculoſa:qꝛ ꝓpter emoꝛroſagiã ipſoꝝ cito exhalak ſpũs ꝛ vita. ¶Amplius dictũ eſt q vulnus meri ꝛ trachee arterie ſunt ꝑiculoſa: qꝛ hñt ſeruitiũ vite imediate neceſſariũ. Et cuꝝ hoc ſunt difficilis cõſolidationis:qꝛ ſunt trãſitus aeris ꝛ cibi.

**Curatio** aũt ipſoꝝ q̃tuꝫ ad vulnꝰ carnis nihil hẽt ꝓpriũ. ſuank ꝛ cũ pul.ꝛ vino ꝛ alijs auxilijs curenk. ¶Quãtũ ad neruos ꝛ chordas ẽt ſuank ꝓfunde:ꝛ cũ oleo uermiũ ꝛ emplo curenk. ¶Quãtuꝫ ad uenas ꝛ arterias groſſas ſuank:ꝛ cũ pul.B.ꝛ pilis leporis cũ albumine ouĩ emplenk. Et ſi hoc nõ valet excorienk capita uenarũ ꝛ ligenk ut ſuprius de fluxu ſanguinis fuit dictũ. ¶Quãtũ ad vias aeris ꝛ cibi ſuank:ꝛ cũ pulvere:ꝛ cũ alijs auxilijs ab extra tractenk. Ab itra dragagãtũ:aut dyaſimphitũ ad lãbẽdũ iferiꝰ tribuak. ¶Quãtũ ad nuchã infundak vulnus cũ oleo roſ.calido ꝛ deſuper ponak i ꝓncipio vitellũ ouĩ uſquequo dolor fuerit ſedatus. ¶Poſtq; autem fecerit ſaniem mundificek ꝛ incarnek cum iſto Bul'.ꝛ Lãfran.ℨ.mellis roſ.colati.ℨ.iij. farine ordei.ℨ.ſ.terbẽtine.ʒ.iij.cere refine.aã.ʒ.ij.thuris maſticis.aã.ʒ.j.mirre ſarcocolle mumie aã.ʒ.ſ.olei maſticis.ʒ.iij.fiat emplaſtrum.

¶De vulneribus homoplatis ꝛ brachioꝝ. Caꝑ.IIII.

**Vulnera** iſtoꝝ mẽbroꝝ nihil hñt ꝓprium niſi ꝓnoſticationem ꝛ ligaturam:ꝛ ſituationem:ꝛ fiunt quãdoq; in carne:quandoq; in oſſibus. ¶Pronoſticatio.

p **Lerunqz** accidit in qbusdā hoibus supfluitas quedā: que vul gari nomine dicit nacta: & est apa carnosuz ma gnū molle utplīmū: sicut fungus. Et nō est cū eo dolor: aut si est dolor in eo est puus: neq̄z calor: neq̄z pulsatio: & forsasse ex ea est que magnificat: adeo ut supet oēs alias supfluitates corpis: & iā uenit vir ad me: qui hēbat nactā in humero suo: & cū vidissez putauī ꝑm hīe puluinar in hūero. Deide detexi locū & vidi egritudinē: & cū aspexis sem placuit ut dimitterek cū dño suo: q̄m timui sup ma gnitudinē eiꝰ. Vir aūt accessit ad cyrurgicū quendā qui erat mihi notꝰ: & libauit eū poptime: & iuēit. vij. lb. in eiꝰ pōdere qō extraxit: uerūtn illō nō accidit in plīb⁹. ¶ Et modus curatiōis eiꝰ est: ut incidat & excorīet ab oī pte cū facilitate & extrahat. Deinde locus cauteriçet poptime: ꝓpter sanguis fluxū: q̄m multotiēs apud incisionē acci dit: q̄ illud q̄q̄z redit: q̄m nō cauteriçat. Si vo nacta fu erit nimis grosse radicis: timo: est in eiꝰ incisione: uerū icide medietatē eiꝰ: & cauteriça residuū: & q̄m radix eiꝰ est subtilis: & valde pendet sicut testiculi: tūc nō opz excoria re ipam: sed cū spatumine lato ignito icide iuxta corpus cū itegritate sui. ¶ Et scias q̄ nō est ꝑsūptio ut iciāas na ctā: q̄ est fusci coloris & pauci sensus: q̄m est apa cācrosū.

¶ Accidit q̄q̄z iflatio in mamillis q̄rūdā hoiuz: ita ut assi milet mamillis mlierum: quā nā nimis abhoz: ret: & illō nō est altō nisi piguedo. ¶ Cū ḡ vis curare icide sup mamil las sectiōe lūari: & excoria illā piguedinē & exhe. Deide adhibe ulneri medicamē icarnatiuū: & aggrega eiꝰ labia cū sutura: & cura ꝑm donec sanet. ¶ Verūtn si mamil la pēdet iferi⁹ ꝓpter magnitudinē eiꝰ: sicut mamilla mu lierū: tūc opz ut scindat a duob⁹ suis lateribus superiorib⁹: duab⁹ scissuris silib⁹ figure lunari: & vnaquaq̄z cū altera ꝙtinuet apō finē suū: deide cutis eaz que ē iter duas scis suras excoriet: & auferat piguedo. Curetur q̄z locꝰ cū eo: qō est neciuz donec sanet: q̄ si remāserit aliqd piguedi nis ꝓpter intolerātiā ifirmi: aut ꝓpter abūdātiā sanguis: tunc apponat medicamen acutū donec corrodatur.

¶ De extractione aque ydropicorū. Cap. IX.

y **Hydropisis** est error: digestiue vtutis i epate. Et dicit ydropisis ab ydros qō est aq̄: & tysis qō est passio: ide ydro pisis quasi aquosa passio. ¶ Cuius spēs ꝑm sniam anti quorum sunt tres. s. ascites: ypostarca: & timpanites: sed nulli curatio ferri administret: nisi ei que uocat ascites: ut aq̄ que iter fibras & intestina locata est / educat. ¶ Cum ergo rogaris in curatiōe huiusmodi spēi cū ferro: fac ꝑm hūc modū: & est ut uēter ipsius manib⁹ cōprimat: ut tota aqua declinet ad inferiorē ptē pectinis. Deinde cōside ra cum oi diligētia tua: utrū generatio aque sit ex pte in testinorū: aut ꝓpter passionē epatis uel splenis: & si sit ex pte itestinorū: pforetur cutis tota cum fibras trib⁹ digitis sub vmbilico. Et si generatio aque erit ꝓpter epar: tunc sectio in sinistra parte fiat. Si vo ꝓpter splenē in dextro fiat latere: non enim opz q̄ fiat sectio sup latere: sup quo vult infirmus iacere: ne superfluitates ad illū decurrāt lo cum. ¶ Facta aūt pforatione canellū eneuz uel argēteū itromittatur: ut aqua per ipsuz euacuetur. ¶ Et caue ne extrahatur ex ea plusq̄z opz in hora vna tm̄: q̄m forsasse morietur infirmꝰ: ꝓpter resolutionē spūs aialis: uel super uentret ei syncopis & appropinquaret mortī: sed euacuet ex ea ꝑm q̄ntitatē vtutis infirmi. Deinde extrahe canel lū & oppila foramē. Altera vo die itromitte canellū: & ex trahe ex aq̄: si ꝓtus eius tolerauerit illud: & sic facias do nec ex aqua non remaneat nisi paruz: si aūt times sup in firmū ex aqua multū cura ꝑm tūc cū sepultura in hare na calida: & sudore in balneo multo & sole. Deide curet vulnus cū medicina exiccatiua donec sanet. ¶ Et absti neat patiēs a potu plus q̄z pōt. Et sit eiꝰ dieta valde cōfo tatiua & odorifera. Et scias q̄ nō est ꝑsumptio ut fiat eius curatio: q̄m patiēs est puer: aut senex decrepitus: aut de bilis vtutis: aut si hēat aliā infirmitatez ꝓeter ydropisim sicut est tussis aut uentris solutio: & similia his.

¶ De eminētia & ruptura que accidit in fibras. Cap. X.

m **Altotiens** accidit eminentia in fi bras. s. in panniculo qui extenditur super uentrem: q̄m q̄z in partibus in guinū: q̄m q̄z superius in partibus uentris. ¶ Et huius modi quidem eminentia aut fit ex ruptura fibras: & tunc exit ex ea intestinū: aut çirbꝰ: cuiꝰ figūtio est: q̄m cū cōpri mis eminētiā que apparet occultat: deinde redit per se: aut cū infirmꝰ retinet anhelitus: uel nāliter tussit: & q̄q̄ etiā apud introitū audit gurgulatio intestini: & magnifi cat eminētia ex nimio labore & caliditate balnei gete: & dū iacet infirmus resupinatus eminētia occultat: cū aūt

stringit ⁊ ambulat ⁊ redit sicut ꝑus erat. ¶ Aut fit ex uētositate:⁊ signū eius est q̄ nō est grauis ponderosa:imo leuis cum leuitate tactus. ¶ Aut fit ex carnositate ⁊ signum eius est q̄ ipsa eminētia est grauis grossa ⁊ dura ⁊ ꝑm quātitatē vnam stat. ¶ Aut ex humiditate cuius signū est mollities:⁊ nō occultat ex oppressione manus neq; ꝓstringit:aut ex sanguine qui fluit ex scissura uene uel artarie:cuius gñale signū est rubedo eius ad nigredinem decliuis. ¶ Cum aūt eminētia fuerit ex carnositate ⁊ desideras eius curationē:tunc incide sup ipam ⁊ exhe:deinde cura vulnus sicut scis: ⁊ silr si fuerit humiditas ꝑcura locum:dimitte ut egrediat. ¶ Uerūtn non oportet ut curet cum ferro penitus:qñ accidit ex sanguine qui fluit ex scissura arteriarū uel uenarū:qñ tunc est timor. Si vō ex uentositate fuerit:tunc exhibeant exterminātia uētositatem/sicut est ruta/anisum/ciminum/⁊ similia. ¶ Q; si fuerit eminētia ex ruptura:tunc difficilio: est curatio. Uerūtn oportet ut scias eius cām anteq̄ curatio ꝓmulget. ¶ Est ergo multiplex eius causa:qñ aut accidit ex casu uł ꝑcussione/aut saltu/aut clamore superfluo:aut reluctatione:aut eleuatione magni ponderis ⁊ similiꝫ. ¶ Curatio enim rupture diuersificat ꝑm diuersitatē locoꝝ in quibꝰ accidit:qñ aut accidit ab iguinibꝰ supius sicut in vmbilico ⁊ in reliquo uētre: aut trā in inguinibꝰ:per que intestina adhuc nō descēdūt ad testiculos:aut fit fortasse ex ira:uel addit ꝓpter tēpus:⁊ descēdūt inferius intestina:⁊ ꝓpter hoc visum mihi est ut ponā vnicuiq; curationem suam:ꝑm q̄ est necesse.

**Dico ergo** q̄ cuz accidit ruptura in vmbilico opz ut patiēs stans extēsus retineat anhelitum donec appareat eminētia. Deinde signa cuz enchaustro uł carbone in circuitu totius vmbilici:⁊ tūc precipe infirmo ut resupinet sup dorsum suum. Deinde icide cū spatumie circulū quem cū enchaustro signasti: post hoc vncinū in medio eminētie fige: ⁊ ad superiora extēde. Deinde cum spaco in circuitu fortiter liga: ⁊ fac in eo nodum currētem:⁊ postea caput eminētie scinde: ⁊ indice intromisso:quere ne intestinū aut ̨cirbus fit caꝑtus a ligamēto:q̄ si inueneris intestinum solue ligamētum ⁊ impelle ipm ad interiora. Si aūt inueneris ̨cirbū amputa supfluitatem eius. Et si sanguis ꝛriatur ꝓpter incisionem artarie uel uene:tunc succurre cuz remedio donec stringat:deinde ad tuā redeas opationem: ⁊ habeas duas acus cum filis duplicatis fortibꝰ ⁊ intromitte eas in incisionē quā ꝓius fecisti in circuitu vmblici ꝑm modū crucis:⁊ fac ut penetret ad latus aliud:deide strin gant fila a quatuoꝛ locis ⁊ auferat acus ⁊ dimittat locus donec putrefiat ⁊ caro stricta decidat: deinde cura vulnus cuz eo qō ꝓuenit ex medicinis donec sanet. ¶ Q; si fuerit eminētia ex ruptura que fit in reliquo uētre: tūc opz q̄ curet ꝑm q̄ narro tibi:⁊ est ut patiēs dum stat extensus retineat flatum suum donec inflet locus:deinde signet sup ruptura ⁊ resupinet patiens sup dorsum: deinde cauteriçet ruptura ꝑm quātitatē eius:⁊ fit illud qō adurit ex cute tm̄:deinde curet locus cū butyro donec escara cadat:⁊ administret medicamē vulnerū donec sanet:ex hoc enim ruptura non aditur. ¶ Si vō ruptura fuerit ex magno tpe ⁊ magne quātitatis:tunc curatio eiꝰ est per incisionē:⁊ est ut signet cū enchaustro locꝰ ruptu re:sicut diximus sup dorsum suū ⁊ liget sup banchuz cū fasciis:aut facias ipm teneri a quibusdā viris. Deide ponat minister digitū suum sup locum fracture ut nō exeat intestinū:⁊ incide cum spatumine cutem eq̄liter totā donec pueniat ad ruptura. Deinde suat fiat sicut te sci re feci in vulneribus uētris qñ foras exeunt intestina:⁊ curetur locus cum eo qō conuenit donec sanetur.

**Cum autem** ruptura accidit in inguinibus ⁊ nō descēdit eminētia ad testiculos:aut si descēdit aliqd ex ea est modicū ualde: ⁊ reuertit cum facilitate oibus horis. Si uolueris eius curationem cum medicinis:ꝓsidera ꝓus magnitudinē ipsius ⁊ diuturnitatē tpis:⁊ patiētis etatem/qō est:q: non sanat ruptura cum modis medicinarū:nisi qñ est parua ⁊ modico tpe:⁊ etas patiētis puerilis: ⁊ ꝑm hoc etiā sanat laboriose:qñ fit fac est neruosuz ⁊ difficilis incarnationis: qui ergo dicunt se sanare fracturā diuturnā ⁊ in oi etate cum modis medicinarū:deceptores sunt. ¶ Et scias q̄ q̄to plus coꝛpora patientiū nāliter sunt humidiora: h̄ amplius icarnant. ¶ Curatio aūt cum medicinis est: ut emplastret locus sup rupturā cum rebus expellētibꝰ uentositatē:in quibus est fortis stipticitas ⁊ ꝛglutinatio quedā/sicut est nux cipꝛessi/dragagantum/mirra ⁊ filia. deinde stringat sicut opz cum ligatione eius notata:⁊ ta ceat infirmus sup dorsum suū. xl. diebus:⁊ obꝛuet dietā que dicet inferius:⁊ assumat de rebus stipticis ⁊ cōsolidatiuis in cibo ⁊ potu oī die/sero ⁊ mane/nisi uētris cōstipatio timeat:q̄ si timet id assumat per iterualla ex eis ſ. de tertio in tertiū diem:cum surget nō dimittat emplz neq; ligamētum alijs. xl. diebus:uel circiter illud si indiget illo. ¶ Et de emplastris bonis ꝓferētibꝰ ruptureest illud qō fit de pelle arietina:⁊ q̄litas ꝓfectionis eius est ꝑm hunc modū. ℞. picis nauallis. cere rubee. colofonie. aū. ʒ. ij. litargiri. armoniaci. galbani. terbētine. masticis. thuris. radicū ꝓsolide maioris ⁊ minoris oium aū. ʒ. v. sanguis humani ad libitū ꝓfice fic. accipe illa pellis arietine:⁊ pilis inde reiectis: decoque ipsam donec tota liquefiat:deinde dimitte aquā quiescē tribus horis:post hoc accipe ꝑdictas res tritas ⁊ cribellatas:⁊ cum ꝑdicto sanguine cōfectas:⁊ misce cum aqua pellis in cacabo:⁊ fiat ut bulliat donec ad spissitudinē ⁊ nigredinē deueniat. deinde depone ab igne ⁊ fiat emplastrū. ¶ Itē aliud bonum ⁊ expertū. ℞. nucis cipꝛessi. acatie gallarū. balaustie aū. ʒ. v. dragagāti. mirre. sarcocolle. thuris. gūmi ara. aū. ʒ. iij. oia terant ⁊ cribellent ⁊ conficiant cum aceto. ¶ Item emplm expertū qō cōposuit Rasis in libro dilusionum. ℞. nucis cipꝛessi. cipi. sansuci. gallarū. acatie. gūmi arab. oium aū. p. e. dissoluat gūmi cum vino:⁊ aggregent cum eo reliqua:⁊ fiat emplm. ¶ Dieta patientis sit tenuis ualde:⁊ abstineat ab oibus grossis cibarijs ⁊ inferētibus uētositatē:imo denk medicine que ipsam resoluāt/⁊ fugiat motum supfluū/⁊ laborē ⁊ risum imoderatum/⁊ tussim/⁊ sternutationē/⁊ clamorē nimium/ balneū aque calide:coitū/⁊ similia his que dilatāt rupturā. ¶ Modus aūt assumēdi medicinas in potu ⁊ cibo est/ut coquank nuces cipꝛessi in aqua mirti uel pluuialis ⁊ tēpera ex ea vinuz ⁊ bibat:aut fiat puluis de radice cōsolide maioris ⁊ millefolio/⁊ denk cū vino calido/⁊ fac iterum puluerē ex bolo ar. ⁊ sanguine dra. ⁊ mumia singulariter uel composite ⁊ dek in cibo soꝛbili. ¶ Aut fiat istud electuariū. ℞. ꝓsolide maioris. nucis cipꝛessi. picis grece. dragagāti masti. gūmi arab. boli ar. sang. dra. mumie oium aū. p. e. ⁊ de pilis leporis minutim icisis ad libitum: oia terank ⁊ pulueriçenk:⁊ cum melle optime dispumato dek sero ⁊ mane:qñ est mirabile. Hoc enim est regimen curationis rupture cum modis medicinaꝝ ⁊ ꝑm semitā rōnis. ¶ Multotiens vō mulieres sagaces absq; aliquibus medicinis suos sanant pueros quando incipiunt habere initium egritudinis ⁊ defendūt ne adꝺatur cum brachalis ⁊ cum ꝓhibitione luctus/⁊ uocifferationis motus/⁊ similiū ruptura dilatātium.

**Quod si** ruptura fuerit inguinalis nō sanat cū hoi medicinis sicut diximus:sed tū ad cyrurgi az recurrēdū est. Et opatio qdē cyrurgie est duplex:qñ fit per cauteriū: aut fit per icisionē:⁊ ego rememorabor ad ꝑsens modū opationis vniuscuiusq; ꝑm discretiōes antiquoꝝ. ¶ Qñ vo vis opari cuz cauterio:necesse est ut infirmo ꝓcipias q̄ teneat anhelitū donec appareat eminētia:deide reduc ipaz digitis tuis:⁊ signa cū enchaustro

uel alio simili ꝺ̃ ruptura sup os pectinis cuꝰ signo: cuiꝰ extremitas filis sit medietati circuli ad supiora corpis. Deinde resupinet infirmus sup dorsum suū in scāno uel tabula: cuiꝰ una extremitas sit altior: altera quātitate unius cubiti uel circiter: ita ut coxe eiꝰ sint eleuate ⁊ caput eius inferiꝰ sit depssum. Et ligent manus sup pectus suuz: ⁊ corpus totum liget cum disco uel tabula ne ipe moueat apud opationē tuā: ⁊ coquas ubi est necesse: deide teneat minister manū suā sup locū rupture/ut nō exeat intestinum/deinde cauteriū ignitū/qđ iam posueras ad ignē/ sup ꝓdictum signū appone ⁊ firma manū tuā ꝑm rectitudinē donec ꝙsequaris os: ⁊ si nō fueris os ꝙsecutus in ꝑma vice: tunc itera cauteriū vice alia donec ꝙsequaris qꝺ est: q: si nō ꝙsecutꝰ fueris os cum cauterio/paruz ꝙfertur opatio tua: ⁊ caue sūma diligētia ne in hora cauterizationis exeat intestinū ⁊ cōburat: ueniātqz ex ea accūtia mala. Deinde curet cauteriū cum butyro donec escara cadat: ⁊ post hoc vulnus cū reliqs medicinis curet donec restauret: ⁊ taceat infirmus sup dorsum suū. xl. diebus donec vulnus ꝙsoliꝺet. Et postqz surgit teneat brachale artificialiter factū per alios. xl. dies/⁊ obꝺuet dietā supius scriptā: ficqz sanabit si deus voluerit integre. ¶ Oportet qꝺ in curatione huiꝰ rupture cū ferro infirmū sup dorsum suū facere ꝓcipias. deinde locuz rupture ad quātitatem trium digitoꝝ ꝑm latitudinē seca: deinde scarna donec diuimus detegat: ⁊ tunc accipe instrm ad modū tēte/⁊ pone eius extremitatē sup locum eminētie in diuimo/⁊ reduc cum eo intestinum ad interiora uentris: deinde sue utrūqz locū qui ꝓtinet cuz extremo instrti: ⁊ ab utroqz diuimi latere unū eoꝝ annecte cū altero cū sutura: deinde extremitatē instrti trahas ⁊ vulnerū adhibe curationem. ¶ Et scias qꝺ cauteriū ꝓdictū est melius ⁊ tutius ⁊ iā opatus suz multotiēs ⁊ nunqz deceptus sum. antiqui autem relaxabant incisionem ⁊ cauterium eligebant.

**Quando** eminētia descēdit ad bursam testiculoꝝ/⁊ tunc aut ex lesione fit: aut ex dilatatione ipius. ¶ Et signū qꝺ est ex lesione fit: qñ descēdit subito cum dolore uehemēti usqz ad ꝓfundum burse: ⁊ id est ꝓpter grauitatem ⁊ cursum intestinoꝝ ad exteriora fit. ¶ Signū vō qꝺ est ex dilatatiōe fit est: qñ descēdit paulatim in tpe longo ⁊ non subito: ⁊ neqz usqz ad ꝓfundum: ⁊ illud est ꝓpter leuitatez uētositatis. ¶ Et intestina qđē ⁊ çirbus redeūt cū difficultate/⁊ uētositas absqz difficultate: ⁊ iterū çirbus ⁊ intestina redeunt cū minori gurgulatione: sed uētositas cū plurima: ⁊ fortasse aggregat stercus iteſtinis: ⁊ tunc infirmo accidit dolor prauus: ⁊ ꝑcipue qñ ꝑmunt ad interiora: imo fortasse sequit inde mors. ¶ In curatiōe aūt huiꝰ incisionis seu rupture/raro uel nunqz ꝙferūt medicine: imo curatio eiꝰ est curatio ferri: ⁊ tunc erit cum ea timor magnus: qñ multotiēs accidit sup infirmū malitia magna ⁊ mori de facili. Quapropter amice nō est ꝑsumptio: ut accipias hāc curā ꝓpter cupiditatē lucri: nisi qñ rogatus eos ab infirmo ⁊ amicis suis/⁊ eris ab eis uentā ꝙsecutus: ⁊ huiusmodi qđē intētio nō est negligētie cōmittēda: ⁊ in oibus alijs egritudinibꝰ timorosis: qñ est salus tui corporis ⁊ defensio turpis fame: ⁊ nō opz etiā ut senex medicinet siue curet curatione ferri: imo sufficit ut ꝙseruet cuz brachali ⁊ dieta. ¶ Modus vō opatiōis cū ferro est ut iubeas infirmo qꝺ reducat intestina manu sua ad interiora uētris: qꝺ si nō obediūt reditui/tunc fiat clisteriçatio ut alleuiet de superfluitatibꝰ suis. Deinde sedeat infirmus in aqua calida multotiēs: ⁊ vngat locus cū lenitiuis donec redeāt: post hoc infirmus resupinet sup scānuz uel tabulā ꝑparatā: sicut iam diximus ita videlz ut crura eius sint eleuata ⁊ caput depssum inferiꝰ: ⁊ liget cum tabula tribꝰ fasciis in tribꝰ locis. s. una in tybijs ꝓpe calcaneuz: ⁊ alia in coxis ꝓpe genua: ⁊ tertia in pectore cū qua etiā ligent manus: deinde testiculus ducat usqz ad rupturā: ⁊ ponat minister digitū suū sup locū rupture/ut nō exeant intestina. deinde seca pelliculā supra testiculū ꝑm lōgitudinē: ⁊ fit sectio ꝑm quantitatē qua fit possibile/ut ea testiculus egrediat. Postqz egressus fuerit ꝓcipe ministro ut extēdat ipz ad supiora ⁊ tu scarna diuimū usqz inguinē cū instro aliquo nō ualde acuto: aut cuz unguibus qđ est saluiꝰ: ⁊ tunc quere digitis tuis ne sit aliqđ ex intestino in diuimo: ⁊ si inueneris aliqđ ex eis impelle ipm iterius: deinde accipe acū magnā quadratā in qua spacus sit fortis ⁊ sue diuimū iuxta inguē: ⁊ liga eum in uolutione plurima uehemēter. capitaqz ipius spaci deforis pēdere dimittant. tūc positis tabulis cuz ferro lato bene ignito iuxta ligamē ꝑm rotūditatē diuimi incidatur ⁊ cū duobꝰ alijs cauterijs uehemēter ignitis decoquat. Caue tñ ne cōburas uel incidas aliqđ ex ligamēto. Deide seca in infertori pte cutis testiculoꝝ/ut sanguis ⁊ sanies educat ⁊ administret in vulnere lana ⁊ stupa in albumine oui ⁊ oleo ro. madefacta: ⁊ ponat licinius in sectione quā inferiꝰ fecisti ⁊ liget desup ligatura ꝙueniēti. deide soluat patiēs a ligaminibꝰ suis prius ⁊ portet caute sicut cadauer in lectū mollē ⁊ bñ paratum: ⁊ ita locet in eo/ut pedes aliquātulū sint altiores capite ⁊ diligēter coopiat ⁊ maxime si fuerit hyems ne frigus eū capiat ⁊ supueniat pp illud accidēs malū: ⁊ caueat quātū pōt ab oib' accidētibus aie: sicut ira/tristitia/⁊ similia. ⁊ dimittat ligamētum septē dieb'': qđ si post septimū diē non ceciderit ligamētum: tūc embrocet locus cū oleo ⁊ aqua calida donec cadat: deinde cesset aqua calida ⁊ oleū: curetur qz vulnus cū exiccatiuis donec sanet: ⁊ rectū est etiā quotiens mutat vulnus: tunc inunganꝰ ptes inguinū cum oleo tepefacto: qñ est ꝓhibens malitiam super vulnus.

¶ De hernia ꝑm oēs eius spēs: ⁊ de apate testiculorum ⁊ relaxatione cutis eoꝝ. Cap. XI.

**Species** hernie que accidunt in bursa testiculoꝝ ꝓter hernia intestinalē. Siliter tres dicunt esse: quarum una est aquosa: alia uētosa: tertia carnosa. ¶ Aquosa enim hernia nihil aliud est nisi aggregatio humiditatis: ⁊ cā eius est debilitas testiculoꝝ: quare mā festinat ad eos: ⁊ qñqz accidit ex pcussione sup testiculos: ⁊ signū eius est grauitas ⁊ splendor/⁊ qꝺ cū tāgit cedit tactui. ¶ Curatio eius est ut incidat cutis testiculoꝝ sectiōe ampla ꝑm lōgitudinem. Deinde pfora ⁊ aquā exhe totā ⁊ inuestiga ꝑm diligentiā tuā ne testiculus fit corruptꝰ/qz si corruptꝰ fuerit cū ferro calido incidat ⁊ exhat. deide curet vulnus cuz eo qꝺ ꝙuenit donec sanet: ⁊ qñ dimittit testiculus corruptus facit egritudinē redire. imo multotiēs redit absqz corruptiōe testiculi/⁊ iterū idiget pforatiōe/nisi cauteriçet post pforationē ⁊ eūonem suā. ¶ Cū aūt fuerit hernia ex uētositate qđ cognoscit per extēsionē sine pōdere ⁊ lenitate tactꝰ ⁊ etiā per alia signa in ꝓcedēti dicta: ⁊ tūc curatio eiꝰ est extenuatio uētositatis. ¶ Si vō fuerit ex carnositate signū est grauitas ⁊ grossities ⁊ duities cuz paruitate doloris/⁊ cā eiꝰ est effusio māei ad testiculos aut pcussio. ¶ Curatio aūt eiꝰ est ut incidat cutis testiculoꝝ ⁊ excoriet usqz ad supiora: deinde exhe didimū ⁊ testiculū ⁊ elibera eos ab oi pte ex illa carnositate. ¶ Verūtñ si testiculus iā ꝙsolidatꝰ est cū carnositate illa: opz ut incidat ⁊ exhat cū ferro calido pp timorē sanguis emanātis. qñ ut dicit Hali. difficile est ipm mitigare: ⁊ pp hoc ab hac opatione multi deficiūt. deinde suat vulnus ⁊ curet cum eo qꝺ ꝙuenit ex medicinis donec sanetur.

**Preterea** qñqz accidit ut apenꝺ ipsi testiculi apate calido aut frido ex humore ad ipos reumatiçāte. ⁊ signū apatis calidi est pulsatio uehementis caliditatis tactus ⁊ coloris rubedo. Signū vō apatis frigidi est/qñ color eius assimilat colori cutis corporis eius neqz ipm comitat dolor. ¶ Et curatio apatis caliđi est cū flōmia basilice i ꝑn'' ⁊ emplastratio cū repcussiuis:

deinde sedeꝛ pulsatio ꝛ emplastreꝛ locus cū resolutiuis lenitētibꝰ isic̄ est camomilla farina fabarū ꝛ filia. ¶ Curatio aꝑtis fridi est resolo tm̄ ꝛ nō repercussio.

**Insuper** multotiēs relaxaꝛ cutis testiculoꝝ sine ipsis testiculis ꝛ iferiꝰ turpiter pēdet ꝛ tunc si uocaris ad eius curā incide cutē eius nālem. deinde aggregenꝛ labia vulneris cū sutura ꝛ cura vulnus cum reliqua curatione vulneris donec sanetur.

¶ De hominibus castrandis. Caꝑ.XII.

**Castratio** est res que destruit uel extirpat id qđ est in aialibꝰ nāle ꝛ qꝛ licitū est qñq; terre potētibꝰ ꝓ custodia suarū v̄ginū hoies hos h̄e ꝛ iō placet mihi in libꝰ meo de castratiōe rememoratione facē. ¶ Fit ḡ castratio ꝑm duos modos. Quoꝝ vnus est per attractionē ꝛ alter per icisionē. opatio illiꝰ qđ fit per attractionē est ut facias aial sedē in aqua calida donec mollificenꝛ eius testiculi ꝛ pē deant: deinde ꝓtere eos donec resoluanꝛ subter manus tuas ut nō appareāt amplius sub tactu manus ꝛ huiusmodi castratio pueris est ꝓuenies. ¶ Castratio aūt que fit per incisionē diuidit ꝑm duos modos. Quorū vnus est ut icidanꝛ testiculi cū v̄ga ꝛ alius est ut incidanꝛ solū testiculi. Et opatio ꝑmi modi est ut testiculi ꝛ v̄ga a suis radicibꝰ fortiter alligenꝛ: deinde a loco alligationis cum rasorio totaliꝫ icidanꝛ ꝛ sanguinē stringēda supponanꝛ. ¶ Opatio aūt scđi modi cū quo tm̄ testiculi amputanꝛ est ut cutim ꝛ testiculos manu tua ad iferiora trahas: deiē de ligenꝛ: ꝛ sic icide sup vnūquēq; testiculū sectiōe vna: ꝛ excoria donec egredianꝛ: deide amputa eos ꝛ sue vulnus: ac cura iꝑm cum reliqua curatione vulnerū donec sanetur, ꝛ modus iste est melioꝛ q̄ ille qui fit per attractionem: remanet aliquid ex testiculis: vnde vir postea desiderat coitum.

¶ De hermafrodita. Caꝑ.XIII.

**Ermafrodita** ut dicit Hali. est passio innālis ꝛ turpissima ualde viris: cuiꝰ spēs sunt tres in viris ꝛ vna in mulieribꝰ. Prima eni viroꝝ est q̄ apparet i cute testiculoꝝ in eo qđ est iter duos testiculos. Figura q̄si fit vulua mulieris ꝛ sunt in ea pili. Scđa spēs est ꝑm eundē modū: tamen per eam fluit urina. Tertia quidez similis: tñ ex ea non effundit urina. ¶ Illa v̄o que est in mulieribꝰ est qñq; sup vuluā mulieris in pectine tanq̄ masculi pul depēdēt virilia ꝛ sunt tria coꝛpa oino foras eminētia: quoꝝ vnuꝫ est sicut ꝓga ꝛ duo sicut testiculi ꝛ oēs iste spēs curanꝛ ꝛ sananꝛ: ꝓter illaꝫ que fit in viris p quā uria effluit. ¶ Et modus curatiōis eiꝰ est ut seces illas carnes supfluas sectione qua nō remaneat ex eis aliqđ: deide cura locū cū reliq̄ curatiōe vulneꝝ dōec sanet.

¶ De uerucis ꝛ porris ꝛ clauo ꝛ formica accidentibus in virga ꝛ in alia parte coꝛporis. Caꝑ.XIIII.

**Eruce** multotiēs accidūt in v̄ga ꝛ in oi pte coꝛpis. ꝛ maxime in manibꝰ ꝛ pedibꝰ ex malis q̄litatibꝰ quas nā expellit ad exteriora. Earū ꝥo alie sunt dure ꝛ alie sunt molles. Sꝫ que dure sunt ex colerica sunt nigra: molles aūt ex flate. ¶ Iparū v̄o curatio est ut ꝑmo purgeꝫ humoꝝ qui fecit accidere moꝛbū: deinde sup locū ponēda sunt desiccātia que sunt sicut oleū mirtinū ro. cinis ramoꝝ vitis cū aceto distēperato ꝛ silꝫ acatia bolus ar. cū oleo roſ. Hīs v̄o nō ualētibꝰ ponēda sunt acuta coꝛrosiua sicut est calx viua distēperata cū aqua saponis ꝛ filia: que si nōdū sufficiāt suspēdanꝛ cū vncinis ꝛ icidanꝛ: deide ponaꝫ sup locum medicamē acutū ut putrefiat radix que remansit ꝛ ꝓsumaꝫ: aut cauteriçeꝫ cū ferro cādēti: qđ si patiēs nō toleraverit sectionē: tūc ligenꝫ cū filis de firico strictiōe uehemēti: ꝛ dimittaꝫ ligamētū donec fiat solo cōtinuitatis: deinde ponaꝫ medicamē acutū ꝛ cureꝫ sicut meretur ex medicamine. ¶ Et scias q̄ cū accidūt in capite ꝓputij: semp sunt molles: q̄re nō retineꝫ in eis vncinus. opꝫ ergo ut mūdifices ꝛ incidas eas cum forpicibus.

**Clauus** est caro callosa dura atq; rotūda filis clauis. ꝛ est ꝑm colorē coꝛporis ꝛ fit in oi pte coꝛpis ꝛ utplm in pedibꝰ ꝛ in coꝛ digitis ꝛ iducūt dolorem ifirmo apō ambulationē. ¶ Curatio v̄o eiꝰ est ut cōcaueꝫ in circuitu. deide cū forcipibꝰ uel cū alio istfo radicitus extirpeꝫ. deinde cauteriça locū donec sanetur.

**Jam sciuisti** curationē formice cū modis medicinarū ꝑm ꝓuenientiā ꝛ nūc oꝛte scire opationē cū manu qñ modus medicinarū nō cōfert ꝛ est ut ꝓcaueꝫ in circuitu ꝛ exhaꝫ sicut diximus de clauo. B. aūt narrauit ut accipiaꝫ de canula pēne anseris aut vulturis fortis aut ferri uel eris. cuius extremitas sit acuta ꝛ sit ꝑm quātitatē formice: deinde ponaꝫ eiꝰ caput sup formicā ut circulus suus recipiat eā ex oibus ptibus suis: deinde revolue canulā cum manu tua donec icidatur in circuitu formice usq; ad ꝓfunduꝫ carnis eradicēꝫ ex radice sua: deinde si vis cauteriça eam cura cum medicinis exiccatiuis donec sanetur.

¶ De emoꝛroydibus. Caꝑ.XV.

**Emoꝛroydes** sunt gnque uene que terminanꝫ in circuitu ani deputate a nā ad expellendū sanguinē grossū melicū qui in coꝛpe abūdat ꝛ cā earuꝫ est extēsio ꝛ inflatio ex illo humore ꝓueniēs: vñ ꝓtingit ut fiat uenarum disruptio ꝛ aliqñ accidit ex nimia siccitate istas uenas ꝓtigēte. ꝛ emoꝛroys gdē dicit ab emos greco qđ est sanguis ꝛ roys qđ est fluxus ide emoꝛroydes q̄si fluxus sanguis per iferiora. ¶ Sunt aūt emoꝛroydes ꝑm duos modos: aut sunt intra anū ꝛ tunc sanguis exit ex eis semp. aut sunt exā anū in extremitatibꝰ eius ꝛ tūc exit ex eis aq̄ citrina aut parū sanguis cursu assiduo ꝛ sunt ꝑm coꝛpis colorē. ¶ Cū ergo vis curare ꝑmo flobothoma patientē ex uena basilica: deide si emoꝛroydes sunt iteriꝰ ꝛ nō apparēt exhaꝫ cū uētosis: aut ꝓcipe infirmo ut assellet ꝛ exꝑmat se: donec egrediaꝫ anus ꝛ appareāt emoꝛroydes: ꝛ si nō obediat anus egressioni: tūc clisteriça ifirmū clisteri parū mordicatiuo: deide ꝓjce vncinū in eis ꝛ suspēde aut teneas cū vngue tuo: deide incidat apud radicē suā: qꝫ si nō retineꝫ in eis vncinus ꝓp humiditatē iparū: tūc capias cū pāno aspero ꝛ exhe cū digitis tuis. deide icide: puluericça sup eas medicamē acutū post icisionē aut cauteriça eas. deide cureꝫ locꝰ cū reliq̄ curatiōe vulnerū donec sanet. ¶ Si ꝥo emoꝛroydes sunt exteriꝰ: tūc res erit facilis. accipe ḡ eas cū vngue tuo aut cū vncino ꝛ icide ipas apō radicē suā sic ꝓcessit narratio. deide pone medicamē acutū aut cauteriça eas. ꝛ si ifirmus timet icisionē cū ferro quelibet emoꝛroys ligeꝫ cū filo de firico ꝛ fortiter strigaꝫ ꝛ sic dimittaꝫ donec ꝓ se cadat. deide locus cureꝫ sic supiꝰ. h̄ tñ ꝑnotato qꝫ si emoꝛroydes antique fuerit semp ex eis vna relinquaꝫ ne fortasse ueniāt sup ifirmuꝫ accūtia mala sicut ydropisis: aut sic ptisis: aut mania uel melia. testāte hyp. emoꝛroydas sanare antiquas: si nō vna relicta fuerit periculum est.

¶ De fistulis accidentibus in ano. Caꝑ.XVI.

**Multotiens** accidunt fistule in ano ex ulceratiōe emoꝛroydarū: aut ex vulneribꝰ ul' apatibꝰ que accidunt de foris ꝓpe anū: ꝛ maxime qñ expectaꝫ in eis cōplemētum digōnis. ¶ Et ex eis sunt penetrātes ꝛ nō penetrātes. ¶ Et signū penetrātiū est qñ egrediꝫ aligd ex eis ex egōne uel uētositate: ꝛ qñq; egrediꝫ cū eis uermis: ꝛ ꝛ cū itromittis ēt digitū in anū patiētis ꝛ tētā per orificium fistule sentis ipam tentā cū digito tuo a pte iferiori. ¶ Ceterū penetrātiū alie penetrāt ꝓpe marginez ani ꝑm magis ꝛ minus in gbꝰ spectaꝫ sanitas: alie penetrant usq; ad uesicā uel ad meatū v̄ge: cuiꝰ signum est exitus urine per eam: ꝛ tūc nō est extimādū ut ꝓsolideꝫ locus

cum medicinis ꝑpter dissolutionē urine.⁊ iterum alie penetrāt usq; ad os coxe uel usq; ad nodū caude/⁊ tunc figūtio est ꝙ tenta puenit usq; illuc si nō est tortuositas in meatu:⁊ in oib⁹ istis fistulis penetrātibus ꝑter eas que penetrāt ꝑpe marginem ani nō est curatio nec sanatio. ⁊ curatio earū ut dicit Albuca.est labor⁊ uanitas ex stultis medicis sup quā formātur:nō penetrātium aūt curatio est facilis/sicut est scitū in capło ulī. Uerūtū cauteriū ignitū est magis ultimū in tuuamēto curationis ei⁹ elargato posteriori orificio/⁊ ipsius ꝓfunditate diligēter inuestigata/sicut te scire feci in capło.5.quatenus nō decipiaris cum cauterio/sitq; tēta cū qua inquirit fistula sūtilis ualde:⁊ silr cauteriū cum quo cauteriças eā sit sūtile ꝑm amplitudinē eius. ¶ Uerū curatio fistularum penetrātium ꝑpe marginē ani/sicut ꝓcessit narratio:fit ꝑm duos modos.quoꝝ unus est per incisionē cum constrictione spaci.⁊ scōs est per incisionē cum ferro . ⁊ opatio primi modi est ut accipias tentā plūbeā pforate extremitatis/sicut est acus/⁊ intromitte in eā spacū ex filis ex lino aut ex serico:deinde intromitte digitū tuuꝝ indicem unctū in oleo in ano patiētis/⁊ tentā in fistula/donec cō sequaris eius ꝓfunditatē/⁊ sentias ipsaꝝ totā tā ad digitum penetrasse/⁊ bis replica caput tēte/⁊ in ipō digito q est interius/⁊ exhe postea per anū:deinde aggrega duas extremitates spaci/⁊ stringe ipm strictione bona/donec incidant ille carnes que sunt cōpehēse cū eo:⁊ qnto magis spacus incidit carnes:tāto plus in eius addas strictura:⁊ pone tunc si vis medicamē acutū in fistulā ut iterū mortificet⁊ fit in adiutorio casus eaꝝ carniū:deinde curet locus cuꝝ reliqua curatione vulnerū donec sanet. ¶ Opatio aūt scōi modi est ut nō stringat spacuꝝ:sicut narratū est ad incidēdum carnes cū eo: sed ligentur tm ipi⁹ extremitates simul:⁊ ut fit iste spacus fortior⁊ grossior: illo qui carnes incidit:deinde extēde spacū cum vna manuū tuarū uersus exteriora/⁊ cuꝝ altera manu tua intide illas carnes que sunt inter illas duas extremitates spaci cum instro curue extremitatis/ꝑm figuram falcis: aut cum rasorio donec spacus integer liberet: ⁊ tunc fit occupatio in mortificatione fistule: qz lz qdā dicāt ꝙ nō est opus mortificare eam/sed tm incidere ⁊ curare eā cū medicina carnis creativa:mihi tm nō videt id tutū. Dei de curet locus cū eo qō ꝓuenit donec sanet. ¶ Et scias ꝙ iste modus est melior⁊ salutor. Primo qdez est qz in incisione cū ꝓstrictione spaci longinqus est dolor⁊ cōtinuus:⁊ ex hoc timet ne sup infirmū spasmus accidat cū eo/qō est:qz locus ille cartillaginosus est/⁊ extremitate longaonis terminat lacertus ꝓtinēs anū:imo qñ accidit tā necesse est succurrere ⁊ spaci ꝓstrictionē laxare.in icisione aūt cum ferro nō est tūtus timor pp abbreuiatiōes opis. ¶ Et iteꝝ scias amice ꝙ ꝑmo quē audiuisti est meus ⁊ nō est existimādus ut alia semita:aut rō in curatiōe fistule penetrātis:qō est/qz multotiēs ꝓbaui/nec aliquē sanare potui:nisi ꝑm vtā quā narraui tibi:videlz per incisionē totius partis/⁊ declinat ad illud intētio antiquorum.⁊ ꝑcipue Rasis in li b⁹ diuisionū cuꝝ dicit. Fistule quidē penetrātes nō sanant nisi cū ligatione ⁊ exctione cum falce:⁊ causa ḡre nō sanat fistula penetrās absq; tali icisione carniū:nō assignat ab auctorib⁹. Mihi autē videt ꝙ accidit ꝑpter impedimētū egestionis ⁊ humiditatum que remanēt intus in ꝓfunditate fistule. Uerum post qz incidit locus nō retinet aliqd ex eis:qz nō est cauernosus sed equalis. ¶ Ꝑ.ꝙingit qñq; ꝙ fistula non est penetrās sed ꝓpinqua penetrationi/qō scit . qñ enim ponis digitū in anū ⁊ tēta in fistulā ⁊ ingrēdo sentis ꝙ inter digitū ⁊ tentā nō est aliqd nisi solū uelamē. Et tūc sicut periti ueteres tā dixerunt:necesse est ut ipas factas penetrare:dūmodo multā nō hēant ꝓfunditatē:qñ tūc fie ꝓhibitio ad hoc/ꝑpter incisionē lacerti/⁊ qnto fistula est minoris penetrationis/tāto magis facilioris curatio nis ⁊ minoris pauoris:⁊ quāto magis est ei⁹ rio illius:tāto est maioris timoris:qz tunc timet ne ꝓcessus incisionis ꝓueniat ad lacertum ꝓtinētem anum/sicut dixim⁹/⁊ accidit sup infirmo egritudo deterior ꝓma:videlz exitus egestionis absq; uoluntate.

## ¶ De lapide qui generatur in uesica. Cap.XVII.

Lapis aliqñ gñatur in renibus/aliqñ in uesica/ut dicūt auctores. Juuenibus ꝑm plurimū lapis gñatur in renib⁹:⁊ puerīs in uesica:cui⁹ collū strictū est ꝓhibēs mām exire vñ lapis efficit. Uerū de curatione lapidis que ꝙgregat in renibus nō rememorabor in libro meo:qz nunqz curat bñficio cyrurgie: sed de lapide qui nascit in uesica:sup quem cadit opatio cyrurgie sum narrans cum abbreuiatione ꝑmonis. ¶ Dico ergo ꝑm sniam antiquoꝝ:ꝙ causa quare lapis nascit in uesica est humor grossus ⁊ viscosus. Et significationes quib⁹ certificat in ea plures sunt nā ex eis est ꝙ urina egredit ex uesica alba ⁊ subtilis,cū fece harenosa circa ꝓncipium:⁊ cum difficultate ⁊ dolore uehemēti circa ptes pectinis:⁊ puer tenet vḡa manibus suis ⁊ fricat ⁊ laborat cum ea ⁊ erigit sepe virgam:⁊ egredit anus:manuq; tractata uesica quasi duruz sentit in ea. ¶ Spēs vo lapidis multe sunt ⁊ diuerse.nā alius puus/alius magn⁹/ali⁹ lenis/alius asp/alius lōgus/ali⁹ rotūdus/⁊ alius ramosus. Illius vo qui est lenis ⁊ rotūdus:facilis est egressio:⁊ illius qui est asper longus ⁊ ramosus egressio est difficilior:quare necesse est ut addas in eius incisionē. Iterū ut dicit Rasis.alius est qui frangit cuꝝ medicinis:⁊ alius est qui nō frāgit cuꝝ medicis ⁊ ꝑpter hoc necesse est aliquo tpe ꝓbare cuꝝ medicinis anteq; incidat:⁊ ex his medicinis sunt sicut acorus/spica/calamus aromaticus/semen apij/⁊ petroselini/cassia lignea ⁊ ciperus/costus/⁊ filia.ex medicinis aptiuis ⁊ incisiuis/cōposita uel simplicia:cum succo apij uel feniculi:aut iura ciceris nigri:⁊ cōfert mirabilr in hoc cinis scorpionis ⁊ cinis cycadarū.⁊ ultimus ex eis est sanguis hircinus. ¶ Cū aūt curat infirmus per mēsem studiose cū modis medicinarū ⁊ nō sentit alleuationē nec ꝓpter urina neq; cū ea egredit harena:extima ꝙ lapis est durus ⁊ ꝓfirmat⁹ ⁊ durus ad frāgēdum.tūc ergo recurrendū est ad cyrurgiā. Uerūtn nō est ꝓsumptio ut extra has lapidē viri qui iam ꝓcessit in etate:neq; si lapis fuerit supflue magnus.qm sicut dicit Albucasis: timēdum est ne incidat aliqd ex uesica ⁊ moriat infirmus:aut ne accidat ei distillatio urine assidua:ꝑpter qō nō ꝓsolidat locus oino. ¶ Et tā determinatū est ab antiquis prudētibus ꝙ curatio lapidis cū ferro est facilis in pueris:quo usq; ꝓsequunt.xv.annos:⁊ difficilis in senib⁹.qm ut dicit Albucasis.eoꝝ mēbra sicca sunt. Quare eoꝝ vulnera vix cicatricē inducūt. In iuuenib⁹ aūt curatio est mēdia:⁊ eius cuius lapis est magnus:curatio est facilior:⁊ minor est ꝗrium illius/⁊ hoc tō/qm lapis magnus submergit ad ꝓfundū ꝑpter suā grauedinē/vñ citius inuenit/⁊ facilius ad locū incidēdi ꝓducit:ibiqz securi⁹ retinet. ¶ Ꝑ.illis qui nō sunt incidēdi sbueniat ꝑm hunc modū:⁊ est ut patiēs balneet in aqua ubi cocte sunt herbe lenificātes/sic malua/viola/mellilotū/⁊ silia:ut meatus urinales elargent:deinde instm eneū uel argēteuz qō di firinga:oleo uel butyro inunctū in virga cum facilitate intromittat⁊ suauiter cum eo lapis a collo uesice remoueat⁊ usq; ad fundum uesice impellat. Agunt enim quidā aliter⁊ intromittunt digituz in anum:⁊ cuꝝ ipso collum uesice tractant:ficqz paulatim remouent ad fundum ⁊ ad ꝓfundum uesice premunt.

Cum autē lapidē exhē uolueris:opz in primis ut mūdificet ifirmus cū clistē ꝙ exeat totū stercus ab itestinis ne ꝓhibeat inuētionē lapidis cū ingrit:aut teiunet duobus diebus ⁊ parū māducet: sitq; cib⁹ eius sorbilis ⁊ lauatiuus:pueri tm qui nō sunt

clisteriçãdi ⁊ nequeũt ietiũare: ꝓhibeãt imo illis duob⁹ dieb⁹ nõ mãducẽt ad libitũ sed mẽsurate. Deide ꝓcipe infirmo ut de loco ad locũ multotiẽs saliat ad locũ decliuem: ita ꝙ lapis moueat a supiori pte uesice ⁊ ad colluz descẽdat: deide ꝓparet scãnũ in loco lucido: in extremitate cui⁹ sedeat aliqs vir qui patientẽ teneat añ se: eius tñ coxe cũ longa fascia ligent bñ ad colluz ut tota uesica fit decliuis ad inferiora: aut vir qui tenet accipiat ei⁹ crura: ⁊ maxime si fuit puer ⁊ leuet ad supiora nec dimittat ipa donec opatio cõpleat. Deinde vnge in oleo digituz fini stre man⁹ ⁊ intromitte eũ in anũ patiẽtis: ⁊ cũ altera manu tua preme uesicã supra pectinẽ inferi⁹: ⁊ pquire de lapide donec stet sub digito tuo: ⁊ duc eũ paulatim ad colluz uesice: deide preme sup ipm digitũ tuũ ⁊ impelle eũ ad inferiora uersus locũ in quo vis incidere: ⁊ ꝓcipe ministro tuo ut extẽdat testiculos ⁊ vgã ad supiora cuz manu sua ⁊ cũ altera manu remoueat cutim que est sub testiculis a pte in qua debet fieri sectio: ⁊ tunc incide super ipm lapidẽ iter anũ ⁊ testiculos: ⁊ non tũ in medio: imo in latere finistre natis: ⁊ fit sectio ꝑm longitudinẽ: exteriꝰ tñ ampla iteri⁹ stricta: ꝑm quãtitatẽ qua possibilis sit egressio lapidis: deide intromitte instrm curue extremitatis qõ ꝓta uocat ⁊ exhe cũ eo lapidẽ: ⁊ multotiẽs ex cõpressione digiti qui est in ano lapis apud sectionẽ egredit absq; difficultate ⁊ absq; intromissione instri ꝓdicti. ¶Si vo lapis est plus qz vnus. tunc ꝓcipit Albucasis ut premas in ꝓmis magnũ ad os uesice: deide icide sup ipm ⁊ exhe vnũ: post hunc ipelle paruũ: ⁊ sic filr facias si sunt plures duob⁹. ¶Cũ aũt cõpleueris opationẽ tuã: tũc administra puluillos in aq̃ trida ⁊ oleo ro. uel oui al bumine madefactos ut sedeat apa calidũ. Deinde aggrega duas coxas patiẽtis si fuerit puer ⁊ liga eas cũ fascijs deceter: quatenus medicamẽ positũ sup vulnus ꝓseruet cum aũt apa calidũ sedatũ fuerit: fométa locũ sero ⁊ mane cũ aqua decoctiõis malue ⁊ viol. ⁊ filium: ut mitigeat ardoz urine ⁊ largent meatus: per quos si aliq̃ superfluitas remansit exeat libere cũ urina: vulnus aũt post colli uesice ꝓsolidationẽ si magnũ fuerit cum futura: aggrega eius labia labijs aliquãtulũ cuz instro renouatis donec sanguis ꝓjcit. Deinde curet locus cũ reliqua curatiõe vulnerũ donec sanet. ¶Et scias ꝙ multotiẽs accidit ꝙ sanguis ꝓgelat in uesica ⁊ fiat ibi apatio ⁊ urine ꝓhibitio ꝓsequat. Et signũ eius est egressio sanguis cũ uria: ppera ergo tũc ⁊ illũ exhe sanguinẽ cũ digito si vulnus fuerit amplũ: ⁊ si paruũ cũ tẽta. ¶Nã si nõ exhit ille sãguis fiet putrefactio ⁊ corruptio in uesica. Deinde abluat vulnus cũ aceto ⁊ aqua. ¶Et opz ut sollicites mentẽ tuam circa hoc qõ narrabo tibi: ⁊ est ꝙ qñ rogaris in curatiõe lapidis nõ accipias ꝑmonẽ illoz qui ꝑus uolunt lapidez querẽ/deinde post spatiũ extrahẽ. nã illud est error ⁊ duplicatio doloris sup infirmũ. Verũ cuz lapidẽ uoluerit inquirere ꝓparatio hus necessaria. s. instra ⁊ medicinas que sanguinẽ restringũt: deinde quere ⁊ cuz inueneris nõ dimittas ipm spe curatiõis cũ incisione alia vice: imo ilico exhme. ¶Multotiẽs qppe magis gravat ingestio patientẽ q̃z sectio. ¶Et ex instris que exhũt lapidem sint apud te plurima ⁊ diuersificent inter paruitatẽ ⁊ magnitudinẽ ⁊ curuitatẽ ipsarũ extremitatũ ut administret ex eis qõ magis est ꝓuentes apud necessitatẽ. ¶Preterea qñq; accidit ut cũ lapis est paruus ad ꝗge meatũ ascendat ⁊ ex eo urine ꝓhibitio ꝓsequat: tũc accelera curationẽ eius ꝑm ꝙ narro tibi. i. si liges vgã cũ filo vno sub lapide ne lapis redeat ad uesicã ⁊ liget iterũ cum alio filo supra lapidẽ. Deinde seca sup ipm lapidẽ in ipa vga iter duo ligamẽta ⁊ exhe ipm: ⁊ facta solone ligamẽtoz vulnus a sanguine mũdificet: ⁊ nõ est necesse ligamẽtuz superius: nũ qz qñ solutũ filum post lapidis extractionem redeat cutis ad locũ ꝓpriũ ⁊ tegat vulnus: quare oportet apud ligationẽ fili ut extẽdat cutis ad supiora: ut cum redit vulnus cooperiatur: qm facilius incarnatur.

**Lapis** in mulieribꝰ raro gñatur. qz sicut testat Cõstãtinus mã vnde lapis gñat uel cõgregat nõ coadunat/ꝓpterea/qz collũ uesice earũ est carnosuz: foramina sunt larga ⁊ nõ multũ tortuosa. ¶Et curatio lapidis in mulieribꝰ est difficilior: q̃z in viris: ꝓpterea qz locus icisionis sup lapidẽ mulierũ nõ est ꝓpinquus loco lapidis: q̃re necesse est ut incidat locus ꝓfundius ⁊ in hoc est timor. sicut testat Albucasis. ¶Verũtñ cũ ad id ꝓuocat te necessitas opz te ꝓsiderare in ꝑmis an mulier sit vgo an corrupta: ꝙ si fuerit virgo ponat medicus uel medica digitũ finistre manus in anuz eius ⁊ querat de lapide. Cũq; inuenerit eũ coartet ipm sub digito suo ⁊ gradatim ad iteriora reducat ⁊ ipellat sicut ꝓcessit narratio donec ducat ad radicẽ coxe. Deinde incide super ipm ⁊ incide sicut te scire feci. ¶Si vo mulier corrupta fuerit: tunc ꝓcipe mulieri medice aut alicui obstetrici loco eius si inueniri nõ poterit que sit bñ docta iter mulieres ut ponat digitũ suũ in vuluã infirme ⁊ inquirat lapidem: ⁊ cũ posuerit manũ suã sup uesicã cõprimat eã inferius: cũ aũt inuenerit cõprimat ad iteriora donec perueniat ad radicẽ coxe. Deinde incide sup ipm apud operationẽ medietatis vulue in radice coxe ⁊ extrahe.

## ¶De cauterijs. Cap. XVIII.

**Auterium** est res ualde corpori inuatiua: qñ adiuuat ad ꝙfortãdum mẽbra ꝓhibẽdo ne corruptio spargat in eis: ⁊ exiccat humiditatẽ corruptã ⁊ adiuuat ad restringẽdũ fluxũ sanguis spissam ⁊ grossam faciẽdo crustam. Et iterũ adiuuat ut apiant vie ⁊ pori ꝙ supfluitas ĩnalis nõ cursilis currat: ubi a calore coctionis fiat attractio ⁊ humiditatũ subtiliatio ⁊ ad exitũ sepatio: ⁊ nõ opz ut fiat cauteriũ ad resoluẽdũ humiditatẽ causa doloris: ubi in cõplonib⁹ nãliter frigidis ⁊ humidis: ⁊ sicr in egritudinib⁹ eiusdẽ q̃litatis: qđ est: qz nõ ꝙuenit cauteriũ: sicut testant antiq; calidis ⁊ siccis cõplonib⁹ ⁊ eiusdẽ qualitatis egritudinib⁹: qm̃ ignis calidus ⁊ siccus est nãlr: ⁊ ꝓpter hoc est incõuentes ut sanet ex eo egritudo calida ⁊ sicca. ¶Est aũt cauteriũ duplex. s. cauteriuz actuale ⁊ potẽtiale. ⁊ cauteriũ actuale est illud qđ fit per ignẽ. potẽtiale aũt qđ fit per medicinã cõburentẽ ut cãtarides alleum ⁊ filia. ¶Et melius est actuale q̃z potẽtiale: sicut testat Albucasis dicẽs: ꝙ ignis est corpus simplex: cuius actio nõ ꝙuenit nisi ad mẽbrũ qđ cauteriçat: ⁊ nõ nocet mẽbris alijs ꝓiunctis cũ eo nisi nocumento paruo. actio vo medicine cõburẽtis ꝙuenit ad id qđ elõgat ex membris: ⁊ fortasse facit accidere in mẽbro egritudinẽ difficilis sanationis: ⁊ fortasse interficit: sed ignis non facit tibi aliqd ꝓpter subtilitatẽ ⁊ bonitatẽ sue sbe nisi superfluat. ¶Et scias ꝙ in hoc meo libꝰ non rememorabor cauteria nisi ea que sunt corpori humano necessaria ⁊ que sepius cadũt in usu. Verũtñ qui desiderat adipisci sciẽtiã aliorum cauteriorum: que humano corpori administrant uel administrari ꝙuenit: nec nõ multifarias formas instrorum: quib⁹ cauteriçatio fit: ad prudentẽ Albuca. dirigat gressuz suũ. Ipe enĩ ex eis recte locutꝰ fuit ⁊ ultimo ꝑmone. ¶Cõtra epilepsiã fit cauteriũ in fontanella colli in extremitate occipitij. ¶Cõtra maniã uel melãcoliam fiat cauteriũ in sũmitate capitis: qđ valet etiã ad emigraneã ⁊ epilepsiã. ¶Cõtra cronicũ dolorẽ capitis fiat cauterium sup duob⁹ cornib⁹: ⁊ ꝙfert ẽt si fiat in occipitio: ⁊ hoc quidẽ cauteria cõpetũt ad pallisim. ¶Cõtra lachrymas oculoz cauteriça in medietate capitis: deinde cauteriça duob⁹ cauterijs sup duo tempora: si est fluxus lachrymarũ in duob⁹ oculis: ⁊ si est in vno tñ cauteriça tñ in vno latere: ⁊ ꝙfert ut fiat cauteriũ in fontanella colli sub aure ¶Et sciẽdũ est ꝙ cũ fit cauteriũ in capite nõ multũ sup os ferrũ morari debet. ut sicut dicit Aui. cerebrum non ebulliat ⁊ ipsius pãniculi corrigent. ¶Contra fistulam

que fit in lachrymali oculi si nō ꝓfert curatio medicinarum elargato ꝑmo eius meatu ferrū ignitū per canellū ferreū uel eneū intromittat donec radices fistule cōburant. ¶ Cōtra doloré humeroꝝ z spatularū fiat cauteri um tribꝰ uncijs ab humero iferiꝰ:z si accidat ut dislocet humerus ꝓpter humiditatē lubricantez z nō figit in hora reductionis sue:tūc fiat cautertū sub titillico cū instro triāgulato donec penetret cutim usqz ad latus eius:hus tū reducēda est dislocatis ad locū suū. ¶ Cōtra dolorē z vitiū epatis cauterijs fiat sup ipm. ¶ Cōtra dolorem umbilici fiat cautertū quasi tribꝰ digitis sub ipso. ¶ Cōtra asma z vitiū pulmonis fiat cautertū apud radicē gutturis in loco depresso:z caue ne puentas cū cauterio ad guttur:nō enīz cōbures nisi ex cute parū. ¶ Cōtra vitium splenis fiat cautertū supra ipz z cū cauterio ꝯtē duo cornula uel tria:z est illud qđ dr triangulatū:z fac ut penetret cutim usqz ad latus aliud. ¶ Cōtra doloré lūborum fiat cautertū sub ipīs in fontanella. ¶ Cōtra emoroydas fiat cautertū triāgulatū sup inferiorē spondilem dorsi. ¶ Cōtra dolorē iūcture manus z brachij fiat cautertū retro tribꝰ digitis a nodo. ¶ Cōtra sciaticā passionē fiat cautertū sup sciā:z cuz accidit ut dislocet ex humiditate lubricāte:tunc reducat ad locū suū:deinde cauterīça sup pissidē anche cum cauterio ſli circulo:postqz tu taz signasti cū enchaustro in circuitu pissidis/sicut resoluit ut cadat ipsa pissis in medio circuli:z cōfert etiā cautertū triangulatū. ¶ Cōtra arteticā z doloré supioꝝ mēbroꝝ fiat cautertū sup nodū pedis a pte exteriori:z aliud simile in fontanella tribꝰ digitis sub genu. ¶ Jsta enim cauteria sunt cōmunia ad remediū totius corporis:z ualent etiā cōtra ydropisim que est spēs ascitis:z similiter ualent ad hoc cauteria sup quālibet coxam.

¶ De cōbustione aque uel olei bullientis. Caꝑ.XIX.

A curatione cōbustionis ut dicē Aui.intētiōes due ꝑncipalr regrunk.Quaꝝ una ē ut ꝓhibeat uesicatio loci.z scōa ut rectificet id qđ est cōbustū. ¶ Cū ꝙ vis uesicationē ꝓhibē locū cum medicinis ifrigidātibus frequēter inūge:neqz dimittat deficcari in hora pānus infusus supponat:z huiusmodi medicie sunt ficut aqua ro.sup niuē infrigidata/succus solatri/z endiuie/vge pastoris/z filium. ¶ Et de cōpositis est bonū hoc vnguentum.℞.vitella ouorum cum oleo ro.z succo solatri. Aut recipe farinā ordei albumē z vitella ouoꝝ ꝓfice cuz oleo ro.z succo endiuie.vitella enim ouoꝝ sunt mitigātia dolorem uehemēter. aut.℞.boli armenici.ꝑ.ij.ceruse.ꝑ.j. opij.ꝑ.ſ.conficiant oia cum aceto z oui albumine. Aut fiat vnguētum ex oleo ro.z cera z parū opij:aut decoqn tur folia malue in aqua dulci:deinde pistent cū oleo ro. aut terant lentes excoriicate z ceruſa z ꝓficiant cū aceto ¶ Cum aūt locū inueneris uesicatū necesse est administrare medicinas in quibꝰ est absterſio quedam:z exiccatio nō magis absqz mordicatiōe:z ex eis sunt chymolea folia mirti z ſli'ia. ¶ Et vnguētum bonū ad idē.℞.cere ꝑ.j.olei ro.ꝑ.iij.dissoluat ad ignem z addat ceruſa q̄ztū vnguētuz pōt ex ea cape z moueat in circuitu diligeter post infrigidationē addat albumē oui z parū cāphore: deinde absqz interuallo moueat donec ispisset. ¶ Q; si ibi fuerit ulceratio tunc magis laudādū est vnguētuz de calce abluta cū oleo ro.uel cōi.z fiat vnguētuz. Calx aūt abluit sic:z est ut ꝑjciat aqua frigida donec cooperiat ea:z sic per tres horas dimittat donec parū ifrigidet: deide eijciat aqua illa z supponat alia:z sic septies abluatur donec ꝙus sedetur acuitas. ¶ Jtem.℞. simum columbinum:combure ipsum in panno lineo donec accēdatur:deinde conficiatur cum oleo ro. ¶ Aut.℞.chymoleam z folia mirti z ceram z confice cum oleo roſ.z succo portulace.

¶ De spasmo supueniente vulneri. Caꝑ.XX.

Spasmus ut dicit Auic.est egritudo neruosa qua mouentur la certi ad sua ꝓncipia z inobedientes in dilatatione: cuius tres sunt spēs.ſ.emprostronus.i.anterior:q uñ anteriorem partē tenet.empistomus.i.posterior qui tenet posteriora.z tetanus quasi totū tenens interpretat spasmus.aut distinguit per cām: quñ alius est ex repletione:alius ex inanitione. ¶ Et signa spasmi de repletione sunt hec:qñ accidit subito cum plenitudine corporis nulla p̄cedente euacuatione:sicut solutio uētris z fluxus sanguinis febris z similia. ¶ Signa spasmi de inanitione sunt que accidunt ꝑm contrariuz:videlicet post aduentū euacuationis. ¶ Spasmus de inanitione vix aut nunqz curat. Et curatio eius est balneum aque dulcis tepide z inunctio spondilium z iuncturarū cuz oleo viol.tepido:z regatur patiens sicut febricitans z cum frigida z humida dieta:z bibat lac dulce frequēter:z vinuz cum aqua multa. ¶ Curatio ꝙo spasmi ex repletiōe est ut fiat inunctio in ceruice z collo spina z toto corpore cū oleis calidis/sicut oleum euforb.castorei laurini z ſli'ia. ¶ Unguentum bonū ad idem.℞.castorei euforbij.añ. ℥.ij.piretri thuris/mirre/aloes/masticis.añ.℥.v.oli laurini/sambucini/nīsamini/pulegini cois.añ.ꝑ.e.cere q̄ztū sufficit:sic terenda terantur z puluerizentur:z oia simul cum oleis misceantur liquefactiſqz ad ignem z addatur cera z fiat vnguentum. ¶ Utinuz decoctionis castorei z cinamomi/spice piperis/calamenti/sambuci/saluie/ruthe simpliciter uel cōposite frequenter patiens assumat: ¶ Fiat gargarisimus.qđ.℞.finapis/piretri/stafisagrie.añ.ꝑ.e.z bulliant in vino forti z melle:deinde cum colatura patiens gargarizet. ¶ Sternutatio prouocet cum puluere castorei/piperis/naribus iniecto:z ponatur patiens in balneum siccum z diu sudet in eo z cum vnguēto predicto se vngat.Cūqz hoc factum fuerit ducatur ad locum mollem z bene preparatum:z cum parum regauerit iterum ingrediatur balneum: z tādiu sic faciat donec sanus fuerit si deus uoluerit. ¶ Et inter dētes eius lignum aliquod locetur ne cum motus inuoluntarius superuenerit dentium constrictione lingua ledatur z custodiat ne frigus eum captat z accidant sibi peiora priꝰribus. Benedictus deus z sancti. Amen.

¶ Anno ab incarnatiōe dominī. M.ccl̄ij.mēse Januarij Indictione.x.apud ciuitatē Padue in loco sancti Pauli. Ego Brunus gente Calaber patria longuburgēſis sub spe diuini fauoris per omnia uestigia ueterum sapientū perscrutans huic operi debitum finem imposui. Et suscipias ergo gratāter amice charissime z non erubescas neqz desistas operari cum eo.Nam apud compositionē eius non fui promptus ad aliud:nisi ut colligerez flores ex secretis ueteruz quos inuestigauit:nam exercitio magno ut ipsos aggregarem in eo:neqz etiam animus meus fuit solum id excipere quod in libris erat depictum: imo illud cum experimento z rōne ppensa cognitione dereui. Quare non alienes animum tuum a fiducia presentis operis:qñ est radix z fundamentum totius artis z secretum z occultuz:z obserua te amice ꝑm prudentiā tuam ab omni via dubitationis:neqz cupiditas inducat te ad illud:apud quod est ignorantia tua z artium prohibitio:ne fama: ne bonitas turpibꝰ maculis denigretur. Sed declina te ad viam perducentem ad salutem:z dimitte egritudines terribiles:in quibus nō est fiducia sanitatis. Ex hoc enīz uenīet super te successio laudabilis fama z gloria magna. Deus omnipotens inspiret tibi gratiam suam:teqz ad cognitionem vie melioris perducat. Amen.

¶Incipit Cyrurgia minor Bruni Longoburgensis.

¶De manuali operatione librum componerem breuiorem. s. et aptiorem q̄z cōposuerim Andree: tuam mihi petitionē Paduanensis Laçare porrexisti: quoniam hz ꝓpter vicinitatem cōpositionis alterius libri/fastidio et labore repletus nolui prolongare: immo in ipsam cōfestim omni exceptione remota/tam benigniter q̄z libenter admisi: et sic incepi non egre effectibus inuacare. Equum est enim si tua circa hoc me sollicitauit petitio: quoniam diu mihi filialiter ac fincera dilectione seruisti. Suscipias ergo a te Laçare petitum opus quod tibi Brunus Longoburgensis purus amicus composuit.

¶Incipiunt capitula.

Capitulum primū De sermone vniuersali in vulneribus.

2m De medicinis que carnem generant et que consolidant: et que vulnera recentia continuant.
3m De accidentib⁹ que appent apō restaurationē vulnex
4m De fractura ossis capitis.
5m De vniuersali doctrina in fracturis ossium et dislocationibus eorum.
6m De accidētibus que apparēt apud restaurationem ossium.
7m De modo constringendi fluxum sanguinis.
8m De extractione telox et astularum et similium.
9m De curatione fistularum.
10m De medicinis acutis mortificantibus fistulam et cancrum.
11m De curatione cancri.
12m De sermone vniuersali in apostematibus.
13m De cura flegmonis.
14m De cura carbunculi uel antracis.
15m De cura herisipille.
16m De cura çimie.
17m De cura sclirosis.
18m De regimine apostematum post eox maturationē.
19m De cura scrophularum et glandularum et similium cum incisione et sine incisione.
20m De cura botij.
21m De poris et uerucis et clauis et emoxroydibus.
22m De combustione ignis aque et olei bullientis.
23m De doctrina cauteriorum.

¶De sermone vniuersali in vulneribus. Cap. I.

Primus canon seu regula que oī bus occurrit vulneribus est ut sanguis refrenet et ꝓhibeat calidum apostema ne fiat: et hoc cum subtili dieta: sicut ova sorbilla/caro pullorum cum agresta: et similia: et etiam cum abstinētia vini: et ponere sup vulnus res frigidas: sicut albumē ouī cum oleo ro. aut sicut est pannus uel stupa in aqua et aceto infusa. Et si sanguis nō definit suppone medicamina fortiora: sicut vitriolum/calx/et similia. Et iterum si sanguis abbreuiat et apparet aligd ex apostemate: tūc fiat uelociter flobothomia ex pte oppositā si non fit aligd ꝓhibēs: et administra resolutiuuz lene: aut adhibe curam apostematis: quoniā nisi remoueatur apostema/vulnus nō restaurat. ¶Post tertiam aūt diem uel qntam si sanguis et apostema cessauerint/reuertēdū est ad restaurationem vulneruz. Sed oportet illum qui vult restaurare vulnera/ut cōsideret an ista vulnera sint in carne/an sint in neruo. q̄ si sint in carne iterum cōsideret/an sint cum diminutione carnis an cutis tm̄: an sint sine diminutione carnis et cutis. Et si sint cum diminutione carnis/tunc pone medicinam que carnē generet donec equetur. Que quidem medicina exiccatiua et mundificatiua est/sicut yeros/aristologia/et similia. Sz oportet ut prospicias in istis vulneribus concauis ne fiat sinꝰ i. saccus et retineatur in eo putredo: q̄ si sit illud/obuia ei cum ligatura stringendo. s. in profundo: et orificium relaxando: aut ꝓparatione membri. Oz si hoc totum nō sit sufficiens/scinde vulnus usq̄z ad concauitatem eius: et si cōtrariatur tibi neruus aut uena: fac tm̄ inferius foramē ut putredo facilius egrediatur. Cum autem caro est adequata cutis facienda est: et cutis fit cum medicina que solidat. Quia aliud est solidare: aliud est carnem generare: medicina enim que solidat. i. que cutim facit stiptica est/et non mundificatiua: sicut balaustie/galle/et alumen. Si vo sit absq̄z diminutione carnis et cutis: tunc ab ipso ꝓncipio vulnus non est negligendum: quoniaz labia adinuicem coniungant. Quibus conjunctis ne iterum separentur cum ligatura teneant: ꝓius posita medicina in carnatiua: sicut est puluis molendini. Qui etiam exiccatiuus est et stipticus: non tamen mūdificatiuus: sed medicina que solidat stipticior est. Oz si ligatura tm̄ nō sufficit ad retinendum labia conjuncta: quia vulnera sunt magna uel ꝑm latitudinem: tunc oportet ut suantur: deinde ligentur. Ista quidem vulnera dum sunt recentia et sanguinolenta si taliter procurentur cito sanantur. Stolidi enim medici contrarium faciunt: quia cum deberēt partes coniungere separant ipsas: ponendo oleum et lanaz et vnguentum: et talia. Ideo vulnus quod breuiter sanari poterat/cum difficultate sanatur. ¶Modus autem suendi est/ut incipias primo ab vna extremitatum: et fac ibi punctum vnum et noda: deinde fac aliud in extremitate altera: postea sue in medio tribus uel quatuor punctis ꝑm q̄ indiges. et fac nodum in quolibet per se: sit tamen spatium vnius digiti inter vnum et reliquuz. ¶Oz si vulnera fuerint contusa idest ex contusione facta alius modus adhibendus est: quia primo debet fieri flobothomia/specialiter si contusio magna fuerit. ¶Postea ponuntur pultes: sicut de farina frumenti a qua et oleo: ut sanguis ille qui est in contusione coagulatus subtilietur et resoluatur: quia si sic non fieret putrefieret fortasse mēbruz: et si cum hoc non bene resoluatur/ponantur uentose cuz scarificatione/et sanguisuge: et post q̄z vulnus maturatum fuerit et mundificatum ab isto sanguine curetur: postea cum medicina que exiccat sicut alia vulnera. Et scias q̄ in aliis vulneribus non debent poni pultes sicut in istis nisi sint ab aere mutata uel apostemata. ¶De vulneribus autem neruosis dico: q̄ maior sollicitudo et maior cautela adhibēda est: quoniam nerui sunt sensibiles ualde: et propter hoc eorum vulnera deducunt de facili patientem ad spasmum. Prima regula in eis est ut dolor mitigetur: et scissura si fuerit stricta dilatetur/ut putredo exeat et non coadunet interius: quoniam membruz putrefieret. Caue etiam ne medicinas frigidas apponas: nec putrefactiuum sicut pultes. Dolor autem mitigatur cum oleo calefacto temperate: si fuerit estas sit oleum ro. Et si sit hyems sit cōmune: quoniam oleum attrahit et mitigat sua proprietate dolorem. ¶Post q̄z vo dolor mitigatur est ponenda medicina que neruos restaurat: cui natura calida est et ficca: et habet sm̄ subtilem/ut sine dolore penetret: et a ꝓfundo putredinē trahat: et est sicut calx viua cuz aqua dulci nouies lota/sulfur viuum et similia. Et nota q̄ quando ponuntur medicine supra vulnera neruorum debent ad ignem aliquantuluz calefieri: non tamē multum.

¶De medicinis que carnem generant et cōsolidāt: et vulnera recentia continuant. Cap. II.

Vagentum bonū et exptuz ad carnem gīandā et ꝙuenens omni cōplioni. Re. olibani/masticis/aloes/

picis grece/aristologie cōbuste/yreos aū.ptes equales. puluerizent:z fiat ex eis vnguētū cū oleo z cera. ¶ Itez puluis bonus ad carnē gīandā.℞.farine lupinoz/fari ne orobi/olibani/yreos/mirre/sarcocolle.aū.par.eqles puluerizent z aggregent. ⸢De vnguēto solidatiuo.

¶ Unguētū mirabile ad vulnera solidāda siue ad factēdā cutim.℞.gallarū balaustiarū/aluminis/olibani/rosaruz litargiri.aū.p.e.puluerizent:fiat ex istis puluis:z fiat vn guētū cum cera z oleo ro. ⸢De puluere solidatiuo.

¶ Itē puluis bonꝰ ad idē.℞.litargir.ossiū cōbustoz/oliba ni/gallarū/balau.floris ro.vitreoli ro.cōbusti.aū.p.e.fi at ex istis puluis. ⸢De medicamie ad icarnāda vlnera

¶ Medicamē exptū ad incarnāda vulnera.℞.sanguinis draconis/olibani/calcis viue/pulueris molēdini/folioz pomoz.aū.p.eq̄.fiat ex istis puluis:z si vis cōponere ex eis vnguētū qđ nō est multū in usu:fac cum oleo mirti no uel roꝰ. ⸢De vnguento neruoz.

¶ Unguētū exptuz ad vulnera neruoz.℞.resine eu foꝛbij abluti/picis.aū.℥.ʒ.olei roꝰ.z cere quantum sufficit.

¶ Itē aliud valde bonū.℞.thutie ablute/calcis ablute.aū. ℥.ʒ.sulfuris.ʒ.ij.sempul.terbē.aū.ʒ.iij.olei ro.z tere quā tū sufficit:z qñ huiusmodi medicine nō sunt oēs apud te administra fecē que est in uasibꝰ apū:z silr solā terbenti nam:qñ.G.faciebat illud/pcipue in coꝛpibus humanis sicut in pueris z mulieribus:z qñq̄ etiam administrat solum calx lota cum oleo con fecta.

¶ De accidentibus que apparent apud restaurationem vulneris. Cap.III.

q Quoniam qñq̄ vulnera distēperant in calid:tate z humiditate uel frigiditate z siccitate. Restauratoꝛ debet pꝛ uidere z reducere ipsa ad tēperamētum cum cōtrario.vꝺ bi gra.si est vulnus supflue calidum qđ significat rube do z caliditas in tactu appone frigida:sicut cāphora z ce rusa cuz oleo ro.donec remoueat illud de caliditate qđ supfluit.z sic de aliis intellige qualitatibus:q:si sunt nō sic vulnus tarde sanat. ¶ Alia etiaz accidētia supueniūt: gbus sanitas tardat:z sunt sicut caro mala que nascit in eis:aut caro dura circa labia uel itus:aut uariole:aut ma lus sanguis qui est in coꝛpe vulneratī:sicut si sit ydropi cus uel splenēticus z similia:que omnia ꝓsiderari debēt z si mala caro pone medicinam coꝛrosiuam:sicut est flos eris z hermodactilus z similia.Si caro dura dissoluatur cum ferro:z sic omnibus adhibe medelam suam:postea reuertaris ad vulnus.

¶ De fractura ossis capitis. Cap.IIII.

f Fractura ossis capitis qñq̄ fit cū pla ga:quādoq̄ sine plaga.Il la vꝺ que fit cum plaga citius manifestat:specia liter si plaga fuerit magna:qꝛ si eēt stricta oportet nos qñ q̄ dilatare ipsam ut possimus de fractura cranei certifica ri:z quādoq̄ etiam certificamur cum tētis uel cū digito. ¶ Sed illa que fit sine plaga nō manifestat de facili:q̄ re oꝛtet ut tētes locum cum digitis tuis:quoniaz si os est plicatum inferius:inuentes ibi foueā:z qñq̄ os non plicat sed scindit:z tūc nō scit sic:immo necesse est ut cō sideres ea que apparēt sup infirmum de accidētibꝰ.nam accidentia significātia quādoq̄ fracturam/sunt sicut apo plesia/scotomia/defectus appetitus/z defectus vtutis di gestiue/z expulsiue/febris acuta/z silia.Cōsideratio etiā casus pcussionis aut virtutis patientis uel etiam instri:cū quo fit pcussio nō est inutilis:hec enim adiuuāt ad signi ficādam fracturā. ¶ Cum aūt de fractura certificatus fue ris festinādum est ad extractionē ossis:qđ ideo fit/ut pu tredo exeat ne cerebꝛum ledat. ¶ Uerūm scire oꝛtet ꝺm testimoniū glorioſissimi.G.q̄ ois fractura cranei fit ꝺm vnum duoꝝ modoꝝ:quorum vnus est ad modū pe tie:z alius est ad modum scissure:vnde cōsidera diū sum aliqđ inter utrūq̄ apud extractionem.Cum igit uolue ris extrahere os ꝺmo capillos qui sunt circa vulnus ra di facias.Deinde si vulnus est strictum cum rasorio ad modū crucis ipsum incidas:z angulos.i.quarteria sepa ra donec fractura discoopiat:tūc si sanguis impedit te/im ple vulnus petijs vndiq̄ in oui albumine madefactis:z desup pone plumaceolos de stupa eodem modo made factos:z sic dimitte quousq̄ sanguis cōstringat:deinde extrahe os:z modus extrahēdi est ut accipias os cum te naculis/z extrahas si fuerit separatū:z si tenet in aliquo separa tenacitatē eius radēdo uel pforādo cum instris. Qꝛ si fractura fuerit ad modū scissure z sit os ex omni p te firmum:tūc pfora cum trepanis ꝺm hūc moduz.pone trepanum supra os circa scissuram ubi vis foramen face re/z reuolue ipsuz infra manus tuas donec penetret:de inde muta ipsum ad alium locum:z sic fac tot foramina quot sufficiāt.Deinde pone spaturā in vno foraminuz z leuādo manum supius incidat terminus qui est inter foramē z foramen:z fac sic donec separet os totum.Sci enduz est tamē q̄ ista pforatio nō debet incipi ab amba bus extremitatibus scissure/sicut stolidi putant:maxime quādo scissura est lōga:sed eleua ex ea quātuz sufficit ad mūdificationem cerebꝛi in loco magis dependenti. Alia vꝺ scissura que remanet mediāte natura sanabit nisi ali ud ꝓspicias:hoc est si sanies mūdificari nō pōt absq̄ ex tractione totius ossis illius scissure:tūc necesse est totam scissurā auferri:qđ est nimis graue. ¶ Cum aūt os ex tractum fuerit imple vulnus totum diligēter petijs line is subtilissimis z uetustis in oui albumine madefactis. Postea pone desup plumaceolos de stupa iteruz made factos in albumine oui.Et si vis infunde eos in vino sti ptico z oleo ro.quoniā confortāt pānículos z pꝛohibent apostema:deinde liga ligamēto lato z nō multum stringat ne pānículus apostemet.Cum his aūt vulnus ꝓcu ra donec locus ab apostemate calido saturet:tunc incipe cum restauratiuis:pone ergo medicinam que carnē ge neret absq̄ mozdicatione:quoniā pānículus nō sustinet illud:z puluis qui laudat in hoc est qui fit ex sarcocolla/ thure/mirra/yreos/aristologia eqliter. Cum isto enim puluere restaurat vulnus:z caue ne ponas vnguentum aut pultem ne pānículi putrefiāt.Et si sit in vulnere caro mala pone caute medicinam resoluētem ipsam:sicut est hermodactilus.Et si vis ut os restauret cito mediāte po ro sarcoyde:da infirmo cibos grossos:sicut sunt frumen tum coctū/risum/z extremitates/z uētres aialium/z silia ex grossis cibarijs:lz in pncipio usq̄ ad securitatem apo stematis subtilia dedisses:sicut far/z amigdalatū/z simi lia. ¶ Et scias q̄ quādo ledit aliqs pānículoz imminet piculum magnum:z si cum hoc accidit infirmo uomitus colericus/fluxus uētris/febris inseparabilis/spasmus/z si milia his:ꝺm plurimū moriet. ¶ De lesione aūt medul le q̄ aliqs euadat vix credere possum.

¶ De vniuersali doctrina in fracturis ossium:z dislocatio ne eorum. Cap.V.

o Sfa dupliciter patiuntur:aut enim frāgun tur/z dicit fractura:aut separant a iunctura sua separatione completa/z dicit dislocatio:aut non cōpleta z dicit toꝛtio. Ille ergo qui vult restaurare/oꝛtet ut co gnoscat fracturam z dislocationem ꝓpriā. ¶ Et signa dis locatiōis fracture vniuersalia sunt sicut quādo fit gibbo sitas in vno latere:z in altero est cōcauitas:z figura mē bri est toꝛtuosa:specialiter quādo contīgit cum membꝛo sano:z est simile sibi:z multotiēs percipit crepitatio ossis quando manibus tractat locus. ¶ Postq̄ vꝺ fractura seu dislocatio manifestat tibi:pꝛepara te uelociter ad re ctificandam uel reducendam ipsam ad locuz suum:quo niam si tardat accidit apostema uel induratur os.Et mo dus rectificandi seu reducendi est/ut membꝛum ab utro q̄ accipiatur latere:deinde leuiter z suauiter distēdatur/

donec ad suam redeat nām. ¶Restaurato: tamē dum ministri extēdūt manibus palpādo ꝛ cōprimēdo mēbrum rectificet: cūqz os rectum fuerit/suauiter ligek.i. non multum stringak ꝓpter dolorē ꝛ apostema: nec etiā adeo leuiter stringak/gn os in suo ꝙseruek loco: ꝛ ubi egritudo est strictius ligek. largius tñ in extremitatibus: qñ istud est ꝓhibēs apostema expellēdo mām inferius ꝛ supius. Illud aūt qđ de medicinis ponit in ꝓncipio: est sicut qñ infundit pānus in albumine ouī/ ꝛ oleo ro. ꝛ si timek alīquid ex apostemate/relaxa ligaturā ꝛ ꝓpara te ad flōmiam/ ꝛ vnge mēbrum abūdāter cū oleo camomellino/aut vino stiptico donec resoluak: ꝛ si nō resoluit fic: qñ res est magna pone uētosas cū scarificatione multotiēs donec resoluak: deinde redeas ad fracturā. Stolidi vō negligūt apostema ꝛ adhibēt studiū in fractura: ꝛ ideo membrum incipit tēdere ad viriditatē ꝛ nigredinē donec corrūpak.

¶ Et medicine que ponunt post mitigationez apostematis causa restaurationis sunt ut. ꝛ. aloes/ mirre/thuris/acatie. aīi. ptes eqles ꝛ ꝙficiank cum ouī albumine. ꝛ addito modico puluere molēdini. i. farine que adheret parietibus ipsius. In hac cōfectione madefit pānus: ꝛ postea supponit mēbro: deinde ligak sicut diximus. Et scias ꝙ qñ ponit confectio h ponunt etiā ꝛ astelle si fuerit fractura: qñqz in dislocatione nō ponunt nisi in ea que fit in spōdilib⁹ colli ꝛ dorsi: ꝛ est necesse ut fascie sint tres ad minus uel plures si est opportunū: ꝛ sit latitudo earū ꝑm quentiētiā mēbroꝝ: ꝛ cōsideret etiā illud in lōgitudine astellarū: ꝛ anteqz ponank astelle ponunt pululli de stupa sufficiēter: ꝛ ligank duabus fasciīs: ne mēbrū ledak ex eis: postea ligank cum spaco nō multū subtili neqz tosto: deinde cum fascia. ¶ Spatiū vō soluēdi ꝛ ligandi in omni fractura ꝛ dislocatione est de tertio in tertiū: uel de qnto in qntum: uel etiā de septimo in septimū: nisi aliqđ supuenīat accīs: sicut est dolor ꝛ apostema ꝛ p:urit⁹: qui nō pōt tolerari: qñ tūc necesse est ut in omni die ligatura soluak: ꝛ dolori succurrit cum oleo ro. ꝛ lana succida: ꝛ si fuerit apostema curak sicut diximus: ꝛ p:uritus remouetur cum fomētatione aque calīde: deinde reuertēduz est ad restaurationē ossis. ¶ Et scias ꝙ qñ fractura fit cum vulnere nō ligek cū eo: imo remanet discooptuz: ꝛ ligak postea per se cum bindello: ꝛ mutak postea sero ꝛ mane: neqz ponit aliqua astellarum sup ipsum: immo elongak ab eo quantum possibile est.

¶ De accidentibus que apparent post restaurationem ossium. Cap. VI.

Q Uandoqz post restaurationez ossis accidit ex impitia restauratoꝝ ut mēbrum remaneat arcuatū. i. torsum: ꝛ qñqz accidit ei subtiliatio cum debilitate ipsius: ꝛ quādoqz iterum accidit nodatio/que dicit a vulgo sop:osso: ex qua mēbrum deturpak ualde: immo multotiens ꝓhibet motus eius nālis: ꝛ pp:ie si fuerit apud iūcturas. ¶ De arcuatione aūt membri que remanet post restaurationē fracture: dico ꝙ qdam stolidoꝝ ꝓmittūt seipsam sanare cum reiteratione fracture nō cōsiderātes fortitudinē pori. i. carnis callose que ligauit ossa. Et ideo eoꝝ operatio cadit sup piculū: ꝛ fortasse vitupak ex ea mēbrum deteri⁹. Cum ergo qs sanare ipsam vult: oportet ut cōsideret dispositionē pori. vbi gr̄a. quoniaz si porus fuerit debilis: qñ nō est multum/ ꝙ fractura fuerit restaurata: fomenta mēbrum multotiēs cum aqua decoctionis camomille/altee/melliloti/foliorum malue/ ꝛ filium donec porus lentificek. Deinde frāge locum fracture ꝑme ꝛ rectifica membruz sicut tibi narratū est. Si vō porus fortis ꝛ magnus fuerit: qñ iam sunt plures dies ꝙ restauratio fuerit: tunc non est ꝑsumptio ut frāgak fic: immo necesse est ut īcidatur locus fracture ꝛ separek porus ab osse cum instro: deinde rectifica mēbrum: ꝛ qñqz rectificak in pueris cuz extēsione leui absqz fractura ꝓcipue si fuerit nouella quando iam ꝓcessit embrocatio aque mollificātis. ¶ Subtilitas aūt ꝛ debilitas mēbri que accidit post sanationē fracture sanak cum abūdātia ciboꝝ factīciū nutrimētuz ꝛ embrocationē mēbri in aq̄ calida. ¶ Nodatio vō sanak cum strictura forti ꝛ cibis subtilibus faciētibus modicuz nutrimētum: ꝛ etiā cum emplastratione stipticoruz: sicut qñ fit emplastrū ex aloe/mirra/olibano/ ꝛ acatia: ꝛ cōficiatur cum ouī albumine: ꝛ qñqz etiā supponit plumbuz. ¶ Preterea qñ accidit tarditas ꝛ grauitas in iuncturis post uestigium sanationis earū succurrit cum fomētatione aque mollificātis. i. ubi sint herbe cocte mollificātes: sicut camomilla ꝛ similes ei: ꝛ fricek fricatiōe leui donec lenificetur: ꝛ ponatur si vis supra membrum pelia made facta in sepo arietino liquefacto cum butyro: ꝛ modico cere citrine.

¶ De modo cōstringēdi fluxum sanguinis. Cap. VII.

O Portet cum accidit fluxus sāguinis ut incipias uelociter ad restringēdū ipm: ante videlicet qz infirmo sincopis accidit: ꝛ modus restringēdi est ut ponak ꝑ us digitus sup aptionem uene: ꝛ membrū erigak sursum si possibile est: qñ succurrit ex hoc donec medicine ꝑparent: si non fuerint ꝑparate sicut multotiēs cōtingit: ꝛ fortasse illud stat loco medicine: qđ est/ q: cōgelak aliqđ ex sanguine sub digito ꝛ retinek fluxus. ¶ Et medicine quidem cōferētes: sunt sicut aloes/gipsum ablutū/ ꝛ similia. ¶ G. aūt dicit ꝙ nulla medicina est utilior medicina de thure: ꝛ est ut. ꝛ. thuris albissimi/aloes. aīi. ptes equales puluerīcenk ꝛ ꝙficiank cū ouī albumine usqz ad spissitudinē mellis: deinde accipe aranee telam uel bombicinū molle: aut pilos leporis qui sunt utiliores: in qbus iuoluak medicina: deinde supra vulnus ꝛ circa ipsum appone. ¶ Item aliud ualde mirabile. ꝛ. thuris/sanguis draconis/gipsi/granoꝝ interioꝝ/passularū/puluerīs molendini/stercoris equi uel asini adusti. aīi. p. eq̄. puluerīcentur supra vulnus: aut cōficiank sicut diximus: fortasse sanguis nō stringit cum hoc: specialr si fuit ab arteria ꝛ cogscit per saltum ꝛ iterationē cum uelocitate. Tūc ergo extremitates necesse est cum filo ligenk: ꝛ fortasse illud nō est possibile: qñ cōtrahunt ꝛ elongank a vulnere: quare oportet ut succurramus cum medicina cōburēte: aut cū cauterio ignis: qđ est facilioris ꝛ ultimi iuuamēti: ex hoc enīz fit crustula: ex qua fluxus ilico retinet. ¶ Et de medicinis cōburētibus sunt ut. ꝛ. calcis viue partes duas: vitreoli partē vnam: ꝙficiank cum ouī albumine: ꝛ si vis inuolue pilos leporis cum eis: aut cum bombice. Et de fortibus sunt ficut trocisci de celidonia ꝛ cūcta similibus que sunt in alio libro nostro.

¶ De extractione sagitte ꝛ similium. Cap. VIII.

C Um sagittam vis extrahē: necesse est ut ꝙsideres/an sit cū astula an nō: ꝙ si astulā hūerit: tūc manibus accipe: ꝛ eam agitatione leui ne rumpak extrahe. Si vō sagitta sine astula fuerit/pone forcipes intus in vulnere donec sagittam capiāt. Deinde suas extremitates stringe/ ꝛ paulatim agitādo extrahe: ꝙ si vulnus strictum fuerit/ita ꝙ forcipes intrare nequeāt: tūc ipsum dilatādum est. sed oportet ut scias ꝙ quādo sagitta adeo penetrauerit/ut per locum per quem intrauit exire nō possit: ex illa parte loci incidak ꝛ extrahak: ꝛ multotiens inuenies sagittas multarum speciērū: quare oportet ut adhibeas ingenium tuum vnicuiqz speciei apud extractionē ꝛ si fuerit ex sagittis que dicunt barbulate/separa carnē in qua figunt barbule cum incisorio: ꝛ si ꝓhiberet illud neruus/aut arteria: tūc recipias illas barbulas in canello eneo/uel in cāna pēne anseris: deinde sagittā extrahe. Nō enim barbule figunt in carne postqz recipiunt sic. ꝛ oportet ut ꝓspicias ne locus vulneratus sit fuscus aut liuidus: quia illud significat sagittam esse uenenosam:

ꝙ si hoc est/incide totam carnem uenenosam si ꝑparat tibi:z pone medicinas cōsumētes uenenū:sicut thiriaca z filia. Si aūt sagitta infigit in osse:tūc non fortiter sed leuiter moueat/donec paulatim extrahat. ꝙ si nō est obediēs ad extrahēdū:tūc detege os z pfora in ipso cū instro donec locus dilatet:deinde extrahe. ¶Spine vo z stipites qñ figunt in mēbris:z filr ossa sepata in vulneribus si nō pñt extrahi ꝑm ꝑdictū modum cum tenaculis z alijs instris extrahant cum medicinis extractiuis:z est ut accipias armoniacū/z mel/z fiat ex eis emplastrū.aut.℞.radices arūdinis.i.cāne uere z tere tpas:deinde adde mel z fac emplastrum:z si vis pone aristologiam longā:quoniam erit fortius attractiuum.

## ¶De curatione fistularum. Caꝑ.IX.

f **Fistula** sicut dixim⁹ in alio libro nro est ulcus ꝓfundum angustum cum nodatione z duritie carnis ipsum circūdantis:z est sicut cāna uel penna anseris penetrans in mēbro. Et ipsa qdem dicit ad filitudinem cuiusdā instri os habētis strictum z fundum amplū. ¶Cum aūt vis curare/necesse est ut ꝑfus cognoscas eius disꝑsiones cum tēta.i.lōgitudinez ꝓfunditatis eius:z diuersitatē eius. Deinde si orificium eius est strictū/dilata ipsum cum instro/aut cuz q busdam rebus:sicut est medulla cāne furici/uel sambuci aut ebuli z filia. Deinde abluat z mūdificet aligbus diebus:z ablutio eius est cum aqua saponis uel aqua salsa. z filiter cum aqua cineris. Mūdificatio vo fit cum melle z vino:post quā resoluat in eis aligd ex eris flore. ¶Cū aūt fistula mūdificata fuerit:necesse est ut mūdificet z desiccet. Donat ergo medicamē acutum usqz ad ꝓfunditatem eius cum licinio uel quocūqz alio modo possibile est/donec fistula desiccet:deinde pascat locus cum butyro aut assungia sine sale: donec caro cōbusta putrefiat z cadat. Postqz fuerit bñ mūdificata restaura z cōcauitatē fistule cum medicina carnis creatiua donec sanet:z si nō restauret caro ꝓpter hoc:nec sanies egredit digesta z sine odore malo:tūc scias adhuc ꝙ fistula non est mortua. Redeas ergo ad mortificationē eius cuz medicinis acutis sicut diximus:z caue ne occultet tibi ꝓfunditas ꝓpter lōgitudinem z diuersitatem ipsius. ¶Et multotiēs fistula nō est penetrās ad ꝓfundum: immo semita eius est inter carnē z cutim:tūc ergo pone tētam ligneam ab orificio usqz ad ꝓfundum eius:z incide cuz instro supra tētam quousqz liberet tota:nisi uena aut neruus sit ꝓhibens illud:deinde auferas carnē duram filtratam cuz incisorio ab omni pte/donec nihil ex ea remaneat:ꝙ si patiēs non est obediēs ad hoc/pone medicamē acutum sicut narrauimus:deinde butyrū:z postea carnis nascentia. ¶Et qñ fistula non extinguit cum medicinis:quoniam fortasse corruptio eius est ꝓfunda in mēbro uehemēter ꝓpter lōgitudinem dierū. Tūc ergo illud qō est ultimum in ea est cauteriū igneum:z oportet ut sis sollicitus in omni fistula ne fiat saccus/ne retineat in eo putredo:immo si fuerit illud succurre sicut diximus in vulneribus. ¶Si vo fistula opabit in neruis uenis aut arterijs z est incipiēs:possibile est ut sanet cum medicinis sicut supius est narratum. ꝙ si fuerit eius corruptio antiqua:tūc vix aut nunqz sanat:z filr fistula que accidit intestino/aut uesice/aut alicui mēbro ꝓncipaliū/uel alicui spōdilium dorsi uel costarū z iūcturarum:sicut manus z pedis:aut sifac.i.qñ penetrat pelliculā uētris interiorem ꝑm plurimuz nō sanat. Et in omni qdem fistula que est ꝑm hūc modum/nō oportet ꝙ laboremus multū:immo melius est ut cōmittamus ipsam opationibus eris:z adiuuemus eam cum mūdificatiuis z lauatiuis tñ:sed caue ne mūdifices fistulam penetrātē cum his que habēt acuitatem:sicut est flos eris/z filia.qñ fieret lesio in interioribus:immo mūdifica eam cum melle z vino tñ:aut pone cum eis sarcocollā/aut aristologiā/uel yreos. ¶Fistula aūt que corrūpit os nō sanat nisi auferat corruptio eius tota ab osse ꝑm ꝙ aufert etiam in carne. Opz ergo ꝙ discoopias os si non discooptum est:deinde rade corruptionem z nigredinem eius/donec auferat tota:z administra postea restauratiua:ꝙ si ulcus non restauratur: post hoc scias adhuc ibi corruptionem esse:ueruz detege iterum z rade usqz ad ultimū eius deinde restaura:si corruptio fuerit usqz ad medullā:sicut quādo accidit in ossibus magnis:tūc non timeas auferre os corruptum totū cum medulla sua:z si ipsa corruptio fuerit in toto osse nō est extimādum ut sanet:nisi etiam auferat os totum.

## ¶De medicinis acutis mortificātibus fistulam z cancrū.

### ¶Trocisci de celido. Caꝑ.X.

r **Recipe** succi celidonie/urine pueroz añ. ℥.iij.calcis viue.℥.iij.arsenici citrini.℥.j.cōficiant sic:succus z urina bulliant in olla rudi:z calx cum ea bñ incorporet:deinde addat arsenicum:z oia simul agitādo incorporent:z non supflue bulliāt/sed parūper:deinde desiccent:z informentur ex eis trocisci:z tere ex eis quantum sufficit apud necessitatem z utere in fistulis z cancris ad mortificationem:quoniam est mirabile.

### ¶Trocisci de aceto sic fiunt.

**Accipe** aceti vini fortis lb.ℨ.mellis.℥.iij.eris usti/ vitrioli/floris eris/cuperose.aā.z.ℨ.calcis non extincte/auripigmēti.aā.℥.iiij.fiant pficiant.bulliant acetum z mel z puluis calcis incorporet cum eis:deinde cetera sunt addēda ꝑter auripigmētum:qō ponēduz est apud inspissationē. Cum aūt cōfectio fuerit aliquātulum inspissata ab igne/deponēda est:deinde siccet z fiāt trocisci.sunt enim ualde mirabiles:sed caue ne serues eos in loco humido/quoniam corrumpunt.

## ¶De cura cancri. Caꝑ.XI.

c **Cancer** est apostema durum melancolicum in corpe nascēs:z non dicitur cancer nisi ad filitudinem cuiusdam aialis: qō est/qz in cancro sunt uenule rubee tendētes ad nigredinem z viriditatem:que assimilant pedibus illius:z similiter forma vnius in rotūditate:z est ꝑm formam alterius. ¶Et causa qdem cācri duplex est:qm̄ aūt est antecedēs:aut ꝓmitiua. Antecedēs aūt est ex repletione humoris melācolici corrupti. Primitiua fit ex ulcē uel vulnere neglecto. ¶Et signa qbus cognoscit cācer nō ulceratus sunt/qm̄ in principio apparet sicut cicer uel faba postea crescit/z fit magnus:z sunt in eo uenule quas diximus/que circūdāt ipsum. Color quoqz eius est etiā fuscus:z fortasse inest ei caliditas quedam. Signa vo illiꝰ qui est ulceratus sunt/qm̄ fetet multum:labia etiaz eius sunt grossa z viridia/atqz exterius conuersa. ¶Curatio vo eius est quādo incipit ut flobothomet infirmꝰ ex uena media:z purget etiā cuz epithimo:z abstineat a cibis generātibus coleram nigram:sicut sunt lētes/z caro uaccina/vinum grossum:z sit eius cibus caro vitulina/arietina/pullina/vitella ouorum sorbilia/z filia his. Deinde emplastra locum cum rebus frigidis:sicut cū solatro uel plātagine z portulace:aut vngat cum vnguēto isto:quoniam est mirabile.℞.thucie bene lote/olibani etiā abluti.aā.ptes equales terant:z cum oleo ro.ad modum vnguēti cōficiant. Ista qdem oia sunt ꝓhibēcia additiones z ulcerationem eius:lz nō remoueāt ipsam quādoqz: z fortasse possibile est cancrum per incisionem sanari duz est paruus:sed cum fit illud nō oportet ut remaneat aliquid de mēbro inciso:immo extirpet radicitus cum omnibus uenulis suis:deinde locus cauterizet. ¶Curatio autem cancri ulcerati est ut extinguas caliditatē eius in ꝓmis si adest cum frigidis oleribus. Deinde cancer cum uncino capiat:z ipsum ab omni circuitu totaliter incidatur:sanguinem qz diu emanare permittas: immo exprimas loca circunstantia ut facilius exeat: deinde

cauterijcek locus uehemẽter:z fortasse erit cum cauterio tumor:videlicet cum est ꝓpe mẽbra ꝑncipalia uel ꝓpe neruos:z ꝓpter hoc cãcer in neruis est difficilis sanationis:quoniã huiusmodi mẽbra neq; incisionez neq; cauterium patiunt:q; si patiens non est obediẽs incisioni:z est locus nouiter canceratus:utpote ex neglecto vulnere uel ulcere:tũc possibile est ut eradicet cuz medicinis acutis.Si vo non eradicat/prepara te ad incisionem z cauterium sicut diximus.

¶De sermone vniuersali in apatibus. Cap̃.XII.

• Omne apostema/aut est calidũ/aut frigidum.Et qo est calidũ:aut est ex sãguine/z dicit flegmon:aut est a colera/z dicitur herisipilla.Frigidũ vo aut est a flegmate z dr cimia: aut est a melãcolia:z sephyros.i.sclirosis aut cancer:sed differt cãcer a sclirosi:qm̃ non est cancer ex parte doloris z flegmationis cum pulsatione quadã apparẽt in circuitu eius uenule sicut diximus:que oia non apparẽt in sclirosi. ¶Signa vo flegmonis sunt hec:calor/rubor/pulsus/dolor/z tumor. ¶Signa herisipille sũt/calor/rubor mixtus citrino colori/doloris magnitudo/z uelox augmentatio. ¶Signa cimie sũt/albedo/z mollities: ita ut si digitum impresseris quasi signum foraminis facies. ¶Signa sephyros uel sclirosis sunt ingens durities cũ nigredine absq; sensu.

¶De curatione flegmonis. Cap̃.XIII.

c Cura flegmonis est ut corpus in primis mũdificet per flõmiam:deinde fiat administratio repcussiuor tm̃:sicut est acetuz/z succus solatri/sempuiue/endiuie/portulace/virge pastoris/z filium.z de cõpositis est bonũ vnguẽtũ populeon: sed caue ne repcutias apa qo est in collo/uel subasselis aut inguinib9:qm̃ timek ne materia redeat ad membra ꝑncipalia cuz nocumẽto.Ista qdem loca dicunt euacuatoria:qm̃ euacuank per ea superfluitates ꝑncipaliũ. ¶Si apa repellit z nõ augmẽtat bonũ est:si aũt nõ/pone in augmẽto eius resolutiua cũ repcussiuis simul,pportionaliter:z de illis que laudank in hac hora ut dicit.B.est oleum ro.z filr oleũ camomellinũ eq̃liter cuz populeon est bonũ. ¶In statu aũt z fine resolutiua ponank:sicut farina ordei/farina frumẽti/farina fabarũ/z oleũ camomille z maluauiscus.si vo per ij nõ resolui apa:imo incipit facere collectionẽ sanies:cuius signũ est calor fortis:z dolor cũ pulsatione uehemẽti:cũ maturatiuis insistẽdũ est/donec cõpleat digestio:deide apiat cũ instro/ut sanies curat uelociter.Et medicine qdẽ maturatiue sunt sicut pultes/que fiũt ex farina frumẽti aq̃ z oleo/uel assungia:z similiter maluauiscus/semen lini fenũgre.z similia.

¶De cura antracis uel carbũculi. Cap̃.XIIII.

q Quandoq; antrax uel carbunculus est rubeus:z quãdoq; citrinus:z qñq; viridis:z qñq; est niger:z est oibus deterior:sed min9 malus est rubeus. ¶Curatio autem eius est ut fiat in ꝑncipio flõmia.i.cum incipit apparere:qm̃ cõfert:lz ꝓhibitũ sit apud quosdã:sed ego etiam nõ laudo illud post ꝓfirmationẽ:deinde minoret cibus infirmi:z comedat tm̃ cibaria acetosa z stiptica:sicut caro pullor z hedulor cum agresta uel aceto:aut succo malorũ granator acetosor:qm̃ ista oia z filia sunt cõfortantia cor cũ uelocitate.Cũ aũt iaz carbũculus est apparẽs/necesse est ut maturef:z de eis que maturãt/z etiã rũpunt: sunt sicut emplr̃m qo fit de fermẽto cũ oleo z sale/z ficus etiã pingues cũ sinapi uel vitro z oleo de lilio:z scias q; non ponit supra carbũculũ aliqd repercussiuum oino:lz laudatur quandoq; in circuitu eius tm̃.

¶De cura herisipille. Cap̃.XV.

• Oportet in ꝑncipio herisipille ut ꝑcipias solutionem uẽtris cum his que coleram fine multa calefactione expellunt: deindẽ oia que in cura flegmonis diximus gradatim facias:sed caue te ab illo qo diximus de locis euacuatoriis cum repcussiuis:z similiter quãdo materia uenenosa est sicut multotiẽs accidit in herisipillis:nõ oportet ut ponãtur repcussiua/nisi tm̃ in circuitu/z desup resolutiua:quoniam si refrenek ad interiora inducit periculũ ꝑncipalibus:qd emũdare fortasse non poterit.Et iterum caue ne ꝑpter superfluam refrenationem inducak uehemẽtia doloris:z incipiat membrum corrumpi:qd si accidit illud/dimitte infrigidationem statim:z administra mollificantia:z fortasse erit necessarium apponere uentosas cum scarificatione.

¶De cura cimie. Cap̃.XVI.

a Postematis mollis flegmatici cura est ubi infirmus purgek a fastidio z multiplicatione aque: atq; ab his oibus que flegma generãt:deinde cum locuz vis curare/pone id qd resolui z exiccat:z ex eis sũt sicut qñ madescit stupa in aqua cineris sarmẽtor cuz aceto mixta:aut in aqua saponis.i.lixiuio qd fit ex duabus partib9 cineris stipitũ fabarũ z tertia calcis viue:qñ etiam admiscek cum oleo ro.aut fiat emplr̃m ex bolo armenico cum oleo z sale:quoniam est mirabile.

¶De sclirosis. Cap̃.XVII.

s Sclirosis curatio non est nisi cũ eo qd resolui z lenit simul:postq; ꝓcesserit mundificatio corporis cum his que coleraz nigram expellũt:z de his sunt sicut adipes z medulle omnes/z radix lilij/mucillago/z fenugre.z se.lini z oia que dicemus in curatione scrophularum:caueant quoq; a cibis qui coleram nigram generant omnino.

¶De regie apatis post eor maturationẽ. Cap̃.XVIII.

v Aumquodq; apostema postq; maturatur idiget apertione:quoniam si nõ fit mẽbrum ad putrefactionem z corruptionem deueniet.ex mẽbris sunt quibus necessario differk aptio:donec apostema ꝑm suffici entiam maturek:z illa sunt sicut membra carnosa.neruosa autem membra z ea que sunt ꝓpe iuncturas non sustinent illud:quoniam nerui putrefierẽt z separarenk iũcture. ¶Et signum maturationis ꝑm sufficientiam est: quoniam apparet lenitas apud locum:z diminutio rubedinis:dolor;q; etiam z pulsatio/atq; febris iam cessauerunt. ¶Cum ergo vis apertionem facere:oportet ut sit in loco magis eminẽti z maturiori:z sit intẽtio pforationis tue/ut dicit Auic.per.B.ad partem ex qua possibile est currere pus ad inferiora:z obserua te etiam ab incisione neruorum/z lacertor/z filium:z sis cõtentus in mẽbris equalibus.i.que nõ reflectunt:sicut est brachium/z manus/z filia incidere ꝑm lõgitudinem:z his que reflectunt/sicut in latere/z costis/z filia incidere ꝑm latitudinem:z tam narratus est iste sermo cũ distinctione ꝑm cõplemẽtũ in lib9 alio nr̃o. ¶Postq; vo apa pforatũ fuerit si necesse est indicẽ intromittas:ut cauerne z abscõsiones rumpank:z sanies tota facilius exp̃mak.Sed si apa magnũ fuerit nõ est tota sanies subito extrahẽda:ne infirmo syncopis accidat:imo parũ ante parũ extrahak:maxime si eger debilis sit virtutis.Deinde imple vulnus cũ stuello in oui albumine madefacto:z alijs que fluxũ sanguinis refrenãt si indiges illo:deinde cura vulnus cum medicina carnis creatiua/sicut cetera vulnera donec sanek.z si idiget maiori mũdificatione q; fit medicina carnis creatiua/mundifica ipsum cum vino z melle z similibus aliquibus diebus: deinde redeas ad medicinam que carnem generat.

¶De cura scrophularũ z filium cũ incisione. Cap̃.XIX.

l Oca in qbus gñank scrophule/sunt sicut ptes colli subasselle z inguina:q̃ruz qdẽ curatio qñq; fit in medicinis absq; icisione

ꝛ qñq; cū incisione: opꝛ ergo ut narremus ambos istos modos ꝑm abbꝛeuiationē sermonis. ¶ Modus aūt cū medicinis sine incisione est: ut ꝑmo patiēs purget cū eo qđ deponit flegma grossum. sicut cū puluē qđ fit ex duabus ꝑtibus turbit ꝛ trib⁹ çuccari: ꝛ dieta eius subtiliet. i. ut nō multū comedat: ꝛ ꝑcipue in sero: neq; ēt cibos grossos uel aquā bibat: deide ad cuffam localē ꝓperādū est. ¶ Et curatio localis est cū medicinis/in qbus est molli ficatio ꝛ resolo sil'. Et de medicinis ꝑbatis est oyaglō qđ cōpositū est ab antiqs: ꝛ sil'r ynguētū qđ cōposuit. B. i li⁹ cathageos. ꝛ unuz emplm qđ fit de armoniaco/bdelio/ꝛ galbano: cui⁹ ꝙfectio est ut recipias ex eis trib⁹ gūmis p. eqles ꝛ in aceto uini fortis usq; ad diē tertiū dimittātur: que in eo liqfiāt: deinde addito furfure fiat emplastrum. ¶ Unguētū oyaglon fit sic. ℞. litargiri triti. ℥. j. ꝛ in patella locet: cui addant. ℥. ij. olei ueteris/ꝛ sil' agitent: dei/de lētus ignis sub eis fiat: ꝛ coquat donec litargirū resoluat totū: deide mucillaginis maluauisci. ℥. j. mucillagis fenugre. ꝛ se. lini aā. ℥. ij. sumant: ꝛ ꝑdictis adiūgant: deinde donec spissēt coquat: cū aūt coctū fuerit/ab igne deponat: ꝛ tādiu postea agitet/donec tēdat ꝛ viscosum fiat. ¶ Ungtiñ. B. ℞. sinapis ꝛ se. urtice/sulfuris/spume maris/aristologie/bdelij/armoniaci aā. p. e. olei antiq q̄ztū sufficit. ¶ Oꝛ si huiusmodi medicinarū administratio nō ꝙfert scrophulis: tūc ꝑpara te ad icisionem cū ferro: ꝛ modus icisionis est ut accipias scrophulā manu tua: ꝛ firmiter teneat: deide seca tñ pelliculā desup ꝑm lōgitudinē. Et caue ne icidas sacculū in quo est scrophula inuoluta: qñ si icidat/extractio ei⁹ fit difficilis ualde: deinde accipe scrophulā cuz unco ꝛ excoria ipsam ab oi latē/donec cū suo sacculo itegre possit exhi: qñ si ꝙtingat aliquid de sacculo remanē scrophula reuertet. ꝛ si ad ultimū aliqd de eo remanet qđ exhi nō possit: tūc medicamē acutū ponēdū est/donec ꝙsumat: deide cura uulnus sicut reliqua uulnera. ¶ Et si eger nō est obediēs ad icisionē cuz ferro: tūc cura ipm cū medicamine acuto ꝛ est ut excoriet ꝑmo cutis sup scrophulā cū aliquo ruptorio/sicut cuz sterco re colūbino ꝛ cātaridib⁹ tritis ꝛ ꝙfectis cū aceto: deide ponat medicamē/donec putrefiat ꝛ ꝙsumat. ¶ Et de forib⁹ est ut. ℞. calcis uiue. ℥. ij. arsenici triti. ℥. ß. ꝛ cōficiantur cū melle/ꝛ fiat medicamē. ¶ Bz opz ut sciās/q; quādo scrophula est cōiūcta neruis/aut uenis/aut arterijs/nō est ꝑsumptio ut curet cū medicina ista: neq; etiā cum ferro: qñ timet/ne h⁹ mēbra ledant. Cuz aūt scrophula ꝙsupta fuerit/pone butyrū donec cadat in putredinē: deide cura uulnus cū eo qđ cōuenit/donec sanet. ¶ Preterea scire opz q; qñ scrophula ducit ad saniē/tūc necesse est ut maturet ꝛ ꝑforet/sicut dixim⁹ in aꝑtibus: deinde ut eius residuū cōsumat/ponēdū est medicamē acutum.

¶ De cura botij. Caꝑ. XX.

i Am diximus in alio lib⁹ q; botiuz est aꝑa carnosum in gula aggregatuz: ꝛ cura eius est ut cōsideres si eger habuerit eū a natiuitate sua: aut accidit ei postea. qđ si habuerit ipm semp nō ꝑsumas in curatione sui. Si vo est accñtale ꝛ nō est magnū neruis/ꝛ uenis/ꝛ arterijs annexū. hincinde ipm fiē dixim⁹ in scrophulis: ꝛ exhat cū sacculo suo: deide si uulnus magnū fuerit/sue ipm/ꝛ pone desup que fluxū sanguinis refrenēt: ꝛ curet locus donec sanet. Cibi aūt facientes ipm gñari ꝛ augmētari/sunt cibi frigidi ꝛ idigestibiles ꝛ aq̄ spāliter grossa. calidi vo ꝛ idigestibiles sunt sicut panis bñ coctus ꝛ bene fermentatus/caro annualis signi/ꝛ hedulina/pullina/vinum clarum rubeū puruz ꝛ similia prohibent generari ꝛ augeri.

¶ De poris ꝛ uerucis clauis ꝛ emoꝛroydib⁹. Caꝑ. XXI.

a Ecidūt in corpe multotiēs ueruce claui ꝛ sil'r emoꝛroyde circa anū: ꝛ intus: tūc ergo melioꝛ curatio est ꝛ uelocioꝛ/ut mūdificet cū instrō: ꝛ modus mūdificationis est/ut accipias uerucā/uel clauū/uel emoꝛroydē cū uncino: ꝛ extēde ipsam ad suptora: deinde icide apud radicē: ꝛ si nō retinet in ea uncin⁹: qñ est humida sicut accidit multotiēs: qñ emoꝛroys est intra anū ꝛ ueruca est in capite ꝑputij: tunc cape eā cū unguib⁹ tuis aut cū petia aspa: deinde icidat ꝛ extirpet: ꝛ pone postea medicamē acutū: aut fiat cauteriçatio cū igne ut cōsumat radix: deinde cura uulnus: sicut reliq̄ uulnera: q; si eger nō est tolerās sup icisione cū ferro: ꝛ fuerit sicut emoꝛroys ex anū aut ueruca: tūc liga eā filo serico ueheměter: ꝛ dimitte donec per se cadat: deinde curet locus sicut diximus donec sanet.

¶ De cōbustione ignis aque ꝛ olei bullitētis. Caꝑ. XXII.

p Rimum qđ regrit in cōbustiōe est ut locus uesicari ꝓhibeat: ꝛ illud fit cū medicinis frigidis: sicut est qñ infundit pānus frequēter in succo solatri/endiuie/portulace/ꝛ similia/ꝛ supponit: ꝛ de cōpositis bonū ynguētū qđ fit ex uitellis ꝛ albu. ouoꝛ cū oleo ro. ꝛ aq̄ frigida/uel succo solatri. ꝛ sil'e ynguentū qđ fit ex albu. oui ꝛ aceto: ꝛ fortasse ponit in eo aliqd ex ceruſa ꝛ opio. ¶ Oꝛ si locus ide uesicatus fuerit: tūc hoc ynguētū administrādū est: ꝛ est ut ℞. cere ptē vnā olei ro. ptes. iij. ꝛ resoluat ad ignē: deinde extrahat ꝛ addant ex cera p. ij. ꝛ moueat cum spatula donec infrigidet: deinde pone albu. oui ꝛ parū cāphore agitatio post hoc nō ptermittat donec inspisset: cum aūt ignis iā fecit ulcerationē ꝑfundā: fac ynguentū de calce abluta multotiēs cū oleo ro. uel cōi: qñ est mirabile.

¶ De cauterijs. Caꝑ. XXIII.

c Auteriorum utilitas multiplex est: fit enim aliquādo ad ꝓhibēdā ꝛ exiccādā coꝛruptionē mēbroꝛum: ꝛ aliqñ ad restringēdū emoꝛroſagiā. i. fluxū sanguinis: faciēdo spissam ꝛ grossam crustulā: aliquādo etiā ut fiat aptio uiarū ꝛ poroꝛ: ꝛ q; superfluitas accidētalis exeat ꝛ uirtute coctionis fiat cursilis/ꝛ ad exitū sepabilis. ¶ Et ego qdem ponam de hoc cauteria quedā: in qbus. ſ. magis currit ꝙsuetudo: ꝛ declarabo etiam in qbus egritudinibus fit iuuamētū uniuscuiusq; eoꝛ. Dico ergo q; quādoq; fit cautertū in duobus laterib⁹ capitis: ꝛ ꝓhibet dolorem eius cronicū. Et cum fit in sumitate/ualet ad maniam uel ad melācoliam: sed huiusmodi cautertū debet eē ꝑfundum. ſ. usq; ad ꝑfunditatē ossis: qđ fiet melius si caro ꝑus ad modum crucis/incidat aliquātulum: deinde cauteriçet. Item cautertuz qđ fit sub duo timpora ualet ad lachꝛymas oculoꝛ cōstringēdas: ꝛ ad aquam que descēdit in eos. i. cataractam. Et si lachꝛymatio fuerit in uno oculo/nō fit cauterium nisi in uno latere. Item cum fit in fontanella colli/ualet ad epilenfiaz ꝛ paralisim. Itē cum fit cauterium tribus digitis ab humero inferius cōfert dolori eius ꝛ spatularum. Item cum fit apud radicē gutturis/cōfert asmati ꝛ uitio pulmonis. Item cuz fit tribus digitis sub umbilico/cōfert eius dolori. Item cuz fit sup epar/ualet dolori ꝛ uitio eius. Item cuz fit supra splenem/ualet eius uitio. Item cum fit in fontanella lumborum/ualet ad ipsoꝛ dolorem. Item cum fit apud inferiorem spōdilem doꝛsi/cōfert emoꝛroydibus. Item cum fit tribus digitis a nodo manus supius in posteriori/ualet ad dolorem tucture eius ꝛ brachij. Item cum fit supra sciam: videlicet ad guttam sciaticam. Item cuz fit supra nodum pedis/aut in fontanella sub genu/ualet ad remedium totius coꝛporis. Item cum fit in concauitate pedis/ualet ad podagram.

Deo gratias. Amen.

¶ Incipit Cyrurgia edita ⁊ cõpilata a dño fratre Theodorico epo Cerulẽsi ordinis pdicatoꝝ. Cap. phemiale.

**Enerabili** patri ⁊ amico charissimo egregio viro dño. A. dei gra epo Valentiñ. frater Theodoricus eiusdẽ patiẽtia Botonitiñ. ecclesie minister idignus: opus diutius affectatũ. ¶ Dudum pi charissime: Rome pariter existentes: me uestrũ tunc tpis capellanum ⁊ penitẽtiaruꝝ dñi pape affectuose rogastis: ut uobis quedam artis medicine cyrurgie. ſ. occulta ⁊ implicita: ⁊ ab antiquis imꝑfecte dicta lib:um sup hoc faciẽs ꝑm medicationem dñi Hugonis de Luca viri in pdicta sciẽtia peritissimi apte describerem: ⁊ breuiter explicarẽ. Ego vo uolens in parte ⁊ si nõ in toto satisfacere uotis uestris: libꝝ tunc edidi: quem eo tpe sicut nostis imꝑfectum ⁊ incorrectum more impatiẽs uobiscũ in Hyspaniam deportastis. Rogãtes ⁊ postmodũ per nuncios crebꝝ lr̃is expetẽtes: ut uobis eundem libꝝ suppletis defectibus transmitterẽ emẽdatum. Diu distuli. Sed ecce tã appro pinquante senio: christi auxilio inuocato ipso duce artis cyrurgie secreta deposito ois liuoris aculeo apertissime manifesto. ¶ Suscipe igit pi charissime opus exiguum imo opus eximiũ breue corpore: viribꝰ amplũ. ¶ Quia vo modico ualde tpe fui cum dño Hugone pdicto: neq; videre: neq; cõprehẽdere: neq; discere ad plenum potui exptissimas curas suas. Ideoq; in parte ista imꝑfectum meũ ex ppria expientia ⁊ antiquoꝝ curabo pficẽ. Salie ni maxime: quẽ a pdicto viro eximio in nullo nouimus discordare. ¶ Ut aũt ad libꝝ istũ accessus facilior hẽat: qd sit cyrurgia: vñ dicat: ꝙles opatores hie debeat: nec/ nõ ꝙ fit ipoꝝ itẽtio: ⁊ in qt̃ dicat spẽs breuiter denotabo.

**Cyrurgia** igit est opatio manualis i corpe aliis ad sanitatẽ tendens. Vel sic. Cyrurgia est ultimũ instrm medicine. Tria enim sunt istra medicine: quibꝰ medtãtibus morboꝝ causis ualet medicus sbuenire. ſ. dieta. potio. ⁊ cyrurgia. ¶ Dieta est primum instrm: ⁊ est melius sicut testat. G. in cõmẽto regiminis acutoꝝ dicẽs. Si possumus hoiem curare cũ dieta: nõ curemus euꝝ cum aliq̃ potiõe. Et Damal. in affor. Si poteris hoiem curare per dietã ꝓsperã inuenies: hoc aũt istrm siue regimẽ exigit ꝑ cãm: ⁊ facit digõnez. ¶ 2m regimẽ seu istrm est potio: de qua idẽ. G. Si cũ potiõe infirmitatẽ possumꝰ remouẽre: ad cyrurgiã recurrẽdũ nõ est. Si aũt p duo pdicta regimia seu istra remoueri nõ poterit: remoueat bñficio tertij regimis: vz cyrurgie. ¶ Dicit aũt cyrurgia a cyros qd̃ est manus: ⁊ agia qd̃ est actio: inde cyrurgia quasi manualis operatio.

¶ Oportet opatores cyrurgie: ut dicit Hali. in cõmento frequẽtare loca: ubi periti cyrurgici opent ⁊ eoꝝ opationes diligẽter attẽdere ⁊ memorie cõmẽdare. Opꝫ etiaꝫ ut nõ sint temerarij neq; audaces: sed sint ꝓuidi: suaues ⁊ cauti: ut cuꝫ maxima deliberatiõe ⁊ suauitate oimoda: qua potuerint opent: ⁊ maxime circa cerebꝝ pãniculos mẽbra neruosa ⁊ loca alia timorosa. Et qꝝ in libꝝ cõpre hẽdi nõ pñt oia que necessaria sunt ad artez: ⁊ frequẽter multa opatori occurrũt que nõ potuerũt de facili puideri. Opꝫ medicũ ingeniosuꝫ esse. Damal. enim multum cõmẽdat in medico ingeniũ nãle. Dicit enim. Ingeniũ medici nãle adiuuat artẽ ⁊ nãm regentẽ. ꝟrio vo ꝟriuꝫ. ¶ Opꝫ etiã eẽ lr̃atos als ⁊ si interdũ exprimẽtis iuuent frequẽter tñ in errorẽ incident ⁊ laberinthũ. vix enꝫ ali quem sine lr̃is puto posse cõprehẽdere cyrurgiã. Refert enim Almansoꝝ opatores huius artis pro maiori pte idiote rudes ⁊ stolidi sunt: ⁊ causa stoliditatis eoꝝ egritudines in hoibus pessime gñant. Plerũq; etiã cum non opant sub certa radice: neq; rõnabilr ꝓpter ipsoꝝ imperitiam hoies occidunt. Causas etiam ⁊ noia infirmitatũ quas asserunt: se sanare penitus non agnoscunt.

¶ Intentio opationis cyrurgicoꝝ est circa tria. ſ. circa cõiunctionem solutoꝝ. circa separationem coniunctorum ꝓter naturam ⁊ circa extirpationem superflui.

¶ Spẽs cyrurgie sic testat Joãniti⁹ due sunt. Dicit enim cyrurgia est dupr: aut i carne: aut in osse: ⁊ ꝑm ꝙrietatẽ mẽbroꝝ sboꝝ: nã alia fit in mẽbris mollibꝰ: ut in carne/ neruis/ uentis/ ⁊ filibꝰ. Alia fit in mẽbris durisꝫ: ut i ossibꝰ ⁊ ꝙsilibꝰ: que sicut differũt in ꝙrietate q̃litatuꝫ. ſ. mollitie ⁊ duritie: sic ⁊ in oi opõne cyrurgica. ¶ Cyrurgia que fit in mẽbris mollibꝰ sb diuidit triplr: aut fit i carne tñ: que scarificatio uel incisio seu sutura aut icisio nũcupat. Aut fit in uentis nõ pulsantibꝰ aut in pulsantibꝰ: ⁊ dr̃ flõmia siue sectio: aut fit in neruis ꝑm latũ: ⁊ tunc icisio noiat: aut ꝑm longũ: ⁊ tũc pũctura dr̃ ulr scissura. In dyafragmate tñ ⁊ pãniculis noiat ruptura. ¶ Cyrurgia vo que fit in mẽbris durisꝫ duplex est: aut enim fit in ossibꝰ durisꝫ: ⁊ dr̃ restauratio siue ꝙsolidatio fractoꝝ: aut fit in ossibꝰ dislocatis a loco ꝓprio: ⁊ appellatur ꝙiunctio disiunctorum.

**Ut aũt** qd̃ vnusq;q; uoluerit: ualeat facilr inuenire diuidemꝰ in q̃tuoꝝ pticulas libꝝ istũ ordinate p capla ptes singulas distiguẽdo: ita tñ qꝝ in ꝑma pte huiꝰ libi nõ in spãli: sꝫ sb qd̃ã itẽdimus gñalitate tractare. ¶ Diuidit aũt liber iste in q̃tuoꝝ ptes. ¶ In ꝑa pte agit ulr de vulneribꝰ/ ulceribꝰ/ de fluxu sanguis/ ⁊ medicis ipoꝝ/ de iudicijs mortis/ de vulneribꝰ neruoꝝ/ cura apatis cak: ⁊ spasmi. ¶ In 2a pte tractat de eisdez ꝑm qꝝ cuilibet mẽbro cyrurgiaꝫ exercẽ neẽe est a capite usq; ad pedes. ¶ In 3a pte dicet de fistulis/ cãcro/ formica/ cãcrenis/ scabie/ ⁊ ceteris apatibꝰ/ ⁊ ifectionibꝰ/ que i manifesto corpis hũani ꝙtigit. ¶ In 4a pte ⁊ ultia finiemus libꝝ scribẽdo aliq̃ a nob ꝓbata de dolore capitis ⁊ emigranea ⁊ tractãdo de egritudibꝰ ocloꝝ/ aurtũ/ narũ/ oris/ ⁊ dẽtiũ/ artetice/ ⁊ podagre/ ⁊ sic vita comite finiemꝰ ꝙcedẽte dño libꝝ istũ. Et hec sunt capla ꝑmi libri.

## Capitulum primũ

De causis vulnerũ ⁊ diuisione ipsorũ.


2m De dispõne vulnerum ꝑm diuersitatem mẽbroꝝ.
3m De ulr curatione vulnerum que fiunt in carne.
4m De figuris vulnerum ⁊ cura ipsoꝝ: ⁊ modo ligandi.
5m De causis vulnerũ que tarde sanantur ⁊ eoꝝ cura.
6m De vulneribus cronicis.
7m De oibus diuersitatibus ulcerum: ⁊ de cura ipsoꝝ.
8m De medicinis sanẽ generãtibus circa membꝝum.
9m De diffinitiõe ⁊ nã medicaminũ: gbꝰ utimur in vulneribꝰ ⁊ ulceribus: ⁊ de his que attẽdẽda sunt circa cõplonem nãlem membꝝi vulnerati: ⁊ de mõ administrationis dictoꝝ medicaminum.
10m De medicinis incarnatiuis.
11m De medicinis facientibus nasci carnem.
12m De medicinis ꝙsolidatiuis ⁊ cicatriçatiuis.
13m De fluxu sanguinis ab exterioribus corporis.
14m De fluxu sanguinis a membꝝis interioribus.
15m De solutione cõtinuitatis scissura ⁊ punctura neruorum ⁊ apostemate ipsorum.
16m De incisione neruorum per latitudinem.
17m De contusionibus ⁊ doloribus lacertorum.
18m De vulnere ligamentorum ⁊ chordarum.
19m De vulnere ex contusione accidente.
20m De apate cako supuẽiẽte vlneri ⁊ phitiõe ⁊ cura ipi⁹
21m De iudicijs mortis ⁊ periculi in quibus cõmunicãt vulnera quorundam membꝝorum.
22m De exctione sagitte ⁊ modo ⁊ forma ipsarum.
23m De exctione spinarũ astularũ: ⁊ filiuꝫ qñ corpus in/
24m De spasmo ⁊ cura eius. [grediunt.
25m De dieta ⁊ regimine infirmorum.
26m De quibusdã potionibus ⁊ mixtionibus appropriatis vulnerum ⁊ ulceribus.

¶ De causis solonis ꝓtinuitatis: siue vulnerum ꝛ diuisione ipsorum. Cap. I.

¶ Si fiat pticularis paralisis:z fiat circa caput z colluz:qđ cognoscit per remollitionē z insensibilitatē illarū partiū corpe non exīte plectorico fiat purgatio per sternutamēta z masticationes z intectiones per nares.radak caput z vngak cum eglī mixtura olei ro.z mellis:z finapiçetur cuz eglī mixtura puluerис ro.z sinapis:z apponak aliqđ de castoreo:z fiāt circa corpus z collū p̄dicte vnctiones/z ruptoria circa fontes adiacētes. ¶ Si aūt fiat a ptibus inferioribus uel fiat ulis:fiat clistere. ¶ Item nota:q; si fiat pticularis in vno membro inferioz a loco oppilationis infertus:fiat dormitatio z insensibilitas ipsius mēbri:ubicūq; fit in talibus inferioribꝰ cōsiliū est.Fiat ꝑmo iunctio supra totā spinā:z postea supra locum patientē. ¶ Itē in quacūq; parte fit paralisis:cōsiliū est:ut singulis diebus offerak mane eglīs mixtura adyātos z rosate nouelle:z sequak usus syrupi frigidi de p̄dictis herbis:z in fine decoctionis ponak puluis castorei. ¶ Si aūt fiat de frigida causa:offerak thiriaca cū vino decoctionis saluie:sequēti die si corpus est plectoricū z pticularis cōuenīat:fiat flōmia:offerank in sero.ilij.pillule de simplici yeralogodion z de simplici blāca:z hoc fiat tribus diebus cōtinuis. ¶ Item digerak materia cū oximelle distēperato cū aqua decoctionis saluie p̄cedēte usu adyantos uel plīris:uel.çç.Alexādri.Digesta materia purgek cū yeralogodion uel blāca:tertia die fiat stuffa de calamento/origano/saluia/arthamesia/cōsolida maiore/z quolibet genere nasturcij.exeūti a stuffa offerank p̄dicto modo opiata. ¶ Sequēti die si corpus est plectoricū fiat flōmia:z si nō est plectoricū apponak uētosa p̄dictis fontibꝰ p:imis iuxta locū pa.Itē singulis.xv.diebus offerat p̄dicto mō thiriaca:z singulis iterek predicta stuffa. ¶ Itē semp cum terit dormitū:semel accipiat dyantos dyacastoreos ad pōdus.ʒ.ij.cū vino decoctionis saluie. ¶ Itē de tertio in tertiū diem in mane accipiat de equali mixtura adyantos z pliris muscati:z post usum electuarij accipe de syrupo quātum testa ouі capit cum tribus partibus aque decoctionis castorei.Accipe calamētum/origanum/cōsolide mato.aā.ʒij.z.j.saluie.ʒij.ij.sanamunde/p:imule uerie/brionie/utriusq; nasturcij.aā.ʒij.z.j.z ʒ.decoquank in aqua:colentur.colature admisceak gingiber z syrupek:z in fine decoctionis apponak puluis castorei de çuccaro z castoreo.Itez puluerizenk p̄dicte herbe

ita ꝙ de qualibet sit.ʒ.ij.ççç.galāge/cinamomi.ℨ.ſ.ℨ ap/ponat de castoreo tertia pars totꝰ puluerisꝫ vna de mi/rabolanis kebulis quantum in vna dosi:ℨ sit.ʒ.j.ℨ offera/tur singulis diebus in principio prandij.

℔ Item fiat inunctio cum vnguento:qđ sic fit: puluerisę/tur castoreum ℨ eusobium:ℨ in his puluerib⁹ terātur predicte herbe cum assungia vulpina ℨ repleat anser: ℨ assetur quod inde exierit ideſt distillauerit recipiat:ℨ in illo vnctuoso liquefiat cera rubea:ℨ cum hoc vnguento vngat. ℔ Item carnem vulpinam cum predictis herbis ℨ oleo nucuꝫ in olla rudi infodiatur sub terra usqꝫ ad an/ni reuolutionem circularem:tūc extrahatur a terra ℨ de/coquat:ℨ in colatura resoluatur cera rubea.fiat vnguen/tum. ℔ Item dico ꝙ caro vulpina ualet contra utrancꝫ partem. Item fiant cauteria a parte patiēte. Item fiat in/unctio de predicto muscato. Item in septimana semel cū predicto ruptorio. Item in.xv. diebus offerantur semel pillule de simplici yeralogodion uel singulis septimanis

℔ Unguentum muscatum sic fit.ℨ.anisi.ççç.baccarum lauſ.maiorane/calamēti/basiliconis/satirie/origani/yſo/pi aū.ℨ.ij.olei lauſ.martiaton/olei pulegij aū.ℨ.ſ.radi cum petrosilini/feniculi.aū.ℳ.j.sauine/arthemisie/cō/solide maio.aū.ℳ.ij.musci.ʒ.j.ççç.bace lauſ.puluerię/tur herbe:ℨ radices terantur ℨ decoquant in vino ℨ ole/is predictis:ℨ ponat de oleo nucum lb.ij. bulliāt aliquā/tulum:ℨ sic tota die dimittat in uase illo:ℨ in crastino de/coquātur usqꝫ ad vini cōsumptionem:ℨ tunc colenť cola ture admisceatur cera rubea ℨ ad ultimum pul.ççç.ℨ bac caruꝫ lauſ.addendo aliquid de castoreo ℨ eusobio ℨ be ne incorporentur:ℨ ad ultimum apponatur muscus.

℔ Unguentum ruptorium sic fit.oleum lauſ.puleginum ruthaceum/oleum decoctionis cimini/anisi/oleum mu/scellinuꝫ / ℨ alia olea talia bullita cum liquore resoluto a pinguedine leonina/vulpina/ℨ similium/ℨ succo basili/conis ℨ arthemisie ℨ similum calidarū usqꝫ ad consum/ptionem succi factas bullire.deinde galbanum / serapi/num/armoniacum aū.ℨ.ij.in eo resoluas:tunc cere pu nicee.i.cere rubee lb.ij.ultimo apponātur laudanuꝫ/sul fur/mastix/sinapis/olibanum/storax de pruno aū.ℨ.ſ. frequenter ab igne auferas quousqꝫ ad modum vnguē/ti congelef:ℨ fiat inunctio ad solem uel ad ignem diu fri cando. ℔ Item qđ faciūt alij ueteres.ℨ.ℬ.ℨ dñs Hugo affirmabatꝙ est uerum ℨ certum.i.vnguentum re/sumptiuum contra cōtractionem neruoruꝫ.ℨ.salute/ab sinthij/gariofilate/mēthe/sauine/marrubij albi ℨ nigri/ lauandule/febrifuge/tenaceti/eupatorij/herbe sancti pe/tri/sticados citrini ℨ arabici/teromandree maioris radi cum leuistici/menthastri/menthe/mellisse.aū.ℳ.j.radi cum maluauisci/radicuꝫ brāce ursine aū.ℳ.ij.baccarū lauſ.seminis lini/fenugreci aū.quar.j.ℨ agni casti.ℳ. ij.pimpinelle/gētiane/radicum ualeriane/sumitatuꝫ te/neritatum malue.aū.ℳ.j.sumitatum iuniperi cum gra nis suis.ℳ.ij.decoquant in adipis galline / anserine/ anatine/medulle arietine/porcine/uaccine / aū.quar.ſ. taxi ℨ vulpium aū.ℨ.j.ℨ misceant insimul cum colatura predictarum herbarum:deinde apponāt bdelij/galbani aū.quar.j.olei iuniperi/spice castorei aū.ℨ.j.stēt iste gū/me per duas horas uel per tres in aceto calido:deide re cipiat vnam scutellam plenam limacis:videlicet limacis rubeis cere rubee quar.j.ℨ bulliant insimul ℨ colentur ℨ fiat vnguentum:postea vnge neruos ℨ membrum cō/tractum ad ignem uel ad solem suauiter:postea patiens stet calidus cum pannis.

℔ De confectione oleorum. Caꝑ.VII.

Sequitur de oleis calidis ℨ primo de laurino:ℨ qꝫ mul/tis modis cōficit. Accipe baccas lauri virides: terātur ℨ decoquantur in oleo colētur ℨ habebis oleum laurinuꝫ. ℔ Item terank bacce lauri recentes ℨ mature ℨ ponantur in sacculo ℨ extrahak oleum. ℔ Aliter confi citur. Accipe baccas lauri ℨ teras cuꝫ foliis ℨ decoquan tur insimul ℨ habebis oleum laurinuꝫ. ℔ Item alio mo do:terantur bacce lauſ.ℨ infundank in vino ℨ dimittank putrescere per tres dies:ℨ tunc ponak in torculari in sac/culo ℨ extrahatur oleum. ℔ Specialia huius olei sunt de iliaca ℨ colica pas.ℨ sciatica aliquod singulare ℨ speci/ale remedium. Contra insensibilitatem neruoruꝫ fiat in unctio:siue fit in oppilatione: siue in paraliticis: uel ex mortificatione.

℔ Sicut extrahik oleum a baccis lauri ita a baccis hedere: sed ista omnia sunt contra frigidas causas: ℨ specialiter contra artheticam de frigida causa.vnde dico ꝙ quicqđ est hedere/ualet contra artheticam.vnde oleum qđ for/tius operatur sic fit de hedera.Accipe ligna sicca hede/re ℨ gummi ligni si poteris habere:ℨ frustatim diuisa po nantur in uas terreum perforatum in fundo in duobus uel tribus locis:ℨ superponatur tunc olla: ℨ ponatur in terra:ℨ ligetur fundus superioris olle cum orificio sub terra cum argilla:ita ꝙ tota olla superio: sit super terram ℨ obuoluatur cum argilla cooperto superiori orificio: ℨ tunc circūquaqꝫ apponatur ignis:ℨ distillabit oleum ni grum.Specialia huius olei sunt causas frigidas repri/mere ℨ super omnia alia arthetícam de frigida causa re/mouere.

℔ Sicut extrahitur oleum de baccis lauri:ita extrahitur a semine iuniperi decocto in oleo in duplici uase: ℨ sicut extrahitur a lignis hedere ita a lignis iuniperi. ℔ Spe cialia utriusqꝫ olei sunt frigidas causas reprimere: facta inunctione super spinam typum quartane remouēt:sed magis specialia facta inunctione ab umbilico usqꝫ ad mulieb⁹ia: ℨ supra renes ℨ matricem habent confortare ℨ eiusdem humores deficcare: ℨ eam a corruptione preseruare.

℔ Eodem modo extrahitur oleum a fraxino. ℔ Specia/lia huius olei sunt: arthetícam remouere ℨ excoriatio/nes cicatrięre:magis singulare morpheam albam sol/uere:ℨ ipsos pilos denigrare:ita potest extrahi oleuꝫ ab omnibus lignis.

℔ Et de his herbis similiter extrahitur oleum.ℨ.folia ru the ℨ diuidantur frustatim ℨ dimittātur computrescere per.ix.uel per.x.dies:ℨ decoquātur in duplici uase usqꝫ ad consumptionem tertie partis ℨ colenť. ℔ Specialia huius olei sunt frigidas causas reprimere:sed magis spe cialiter epilepsiam de causa priuata. ℔ Itē alia causa spe ciali iliacam ℨ colicam passionem soluit per unctionem: similiter per clistere.

℔ Item sequitur de oleo pulegij. Accipe ergo sumitates cum floribus ℨ foliis pulegij regalis: ℨ decoquantur in oleo in duplici uase:istud oleum reprimit causas frigi/das: sed singularia ℨ specialia sunt facta inunctione su/per regionem matricis habet eam confortare ℨ frigidos humores deficcare: ℨ eam habilem ad conceptionem reddere.

℔ Item de vitellis ouorum.Accipe ergo.x.vitella ouo/rum dura ℨ calefiant in patella usquequo denigrantur: ℨ postea remoueatur patella ab igne:ℨ ponatur in decli/ui:ℨ comprimantur vitella ℨ distillabit quedam unctuo sitas. ℔ Specialia huius olei sunt combustionis dolo/rem ℨ arsuram mitigare:subtiles cicatrices facere ℨ im/petigines ℨ serpigines soluere:sed magis singulare ℨ spe ciale est soluere serpiginem ℨ impetiginem. ℔ Est oleū tritici quod sic fit.Accipe duas laminas ferri calidi:com primatur triticum ℨ distillabit quoddam oleum nigrum quod cum pluma apponatur supra impetiginem ℨ serpi ginem.Item in combusturis speciale contra impetigi/nem ℨ serpiginem.

℔ Item oleum de feno quod sic fit.Accendatur fenum ℨ extinguak.Item ponak super carbones: ℨ tunc resoluit

in fumuz:ſuperponatur lamina ferrea:z adherebit que dam ſuccoſitas: que dicitur oleum de feno.z de hoc cuz penne intingatur impetigo z ſerpigo. ¶ Item oleuz ca ſtoreuz ſic fit. Decoquat. ℥.j. caſtorei z ℔.j. olei uſqz ad tertiam partē conſumptionis:z conſeruetur cū puluere caſtorei. Singularia z ſpālia huiº olei ſunt frigidā cām reprimere ſed magis ſpecialia facta inunctione ſupra ca put epilepſiaz de priuata cauſa ſoluere: ualet ſimiliter cō tra litargiā z cephalicā:z cōtra iliacā z colicaz:z cōtra im pedimentum coitus de frigida cauſa facta inunctione ſu per renes z ſupra virilia z mulierbria.

¶ Et oleū maſticinū ſic fit. Decoquat. ℥.j. maſtic. z. ℥.ſ. thuris puluerizati. ℔. vnā olei. Singularia z ſpecialia ſūt virtutē debilem aſſimilatiuā in membris confortare: ualet ethicis conſumptis exhibituz in ſenectute z ſenio. ſtōcuz confortat in frigida cauſa facta iunctione ſupra regionez matricis frigiditatem eius reprimit:z humores eius de ficcat:z eam conceptioni preparat.

¶ Item oleum de tartaro ſic fit. Puluerizetur tartarum z in fundatur in aceto:z tunc imponatur in panno lineo z in uoluatur ſtupis aqua intinctis:z decoquat ſub cineribº z tūc ponat in ſcutella terrea ſub diuo:ita q ſcutella po nat in decliui:z tunc diſtillabit quedā vnctuoſitas nigra uergens z ſubruffuz colorē:z dicitur oleum de tartaro.

¶ Spālia iſtiº olei ſunt: pānos z maculas de vulua poſt partū remanētes abſtergere z facie mundificare.

## Item experimenta.

Extrahat ſuccº a foliis plantaginis quene ruie tormētille ro. Singularia huiº aque ſunt. Si recipiatur cum vino calido: calorem ſpiritualiū alte rare: vulnera facta de cauſa calida conſolidare.

¶ Item extrahatur a floribus uel foliis vitis albe z nigre tapſibar ro. canie lapatij acuti. lapatij rotundi. Singula ria huiº aque ſunt frigiditate ſpiritualiū alterare: ſi recipi atur in potu cuz vino: flegmaticos humores habet cōſu mere:z vulnera facta de frigida cauſa conſolidare.

¶ Item accipe mentam melliſam. betonicam. balſamitaz. ſateria. ſerpill. pulegium regale. haſtā regalē: a foliis eaz extrahat aqua ut pdictuz eſt. Specialia huius aque ſunt debilitatem capitis ꝓuenientē ex debilitate digeſtionis reprimere digeſtioni ſtōci. ex frigiditate impeditam con fortare. fluxū uentris de frigida intercipere. ſimiliter per contrariū aqua ro. calidā diſcraſiam ſtomaci alterare: uel fluxū uentris ex cā calida habet intercipere.

¶ Item extrahat aq a foliis reſtabouis: hec aq fortiº alte rat diſcraſiā ſtōci:z intercipit fluxū de cā calida.

¶ Item oleum nigelle fit ſicut oleum frumenti: ualet im petigini ſicut oleum frumenti.

¶ Item oleum frumenti ſic fit. Accipe frumentuz z pone ſuper marmorem:z laminā calefactaz groſſam pone de ſuper z exibit oleū:z fit alio modo: z dicit Raſis in Al manſore ualet uertigini.

¶ Item oleū de ſemine lini fit ſic. Accipe ſe. lini tritum ſub calido cinere cooperiet. extractū cōprimat:z inde fit.

¶ Item oleū benedictū qd cōpoſuit Gilbertus: eſt oleuz optimū in frigida cauſa: z fit ex lateribº ueteribus ſara cenicis cōtritis optime in puluerē: madefactis in petro leon oleo:z extrahat per duas ollas vna ſup aliaz poſita ſuperiori figillata z igni appoſita z pforata in fundo ſe riore in terra ſtante eo modo quo fit oleum iuniperi: qd optimū eſt leproſis z puſtulis eorū: poſtea ſublimat: me lius fit ex lateribº formacis contritis z diſtēperatis cū pe troleon z fellibus: in quibº reſoluitur armoniacū. puluis euforbij. puluis ellī nigri. z ſalis alcali oibus ſimul cōpo ſitis extrahat oleū modo priori: poſt ſublimet per alēbi cum. debent aūt fella eē vulpiū z urſiū z boulnū ſi eē po teſt:z iſtud oleum uocant benedictum.

¶ Oleū benedictum qd cōpoſuit dominus Hugo ſic fit Accipe oleū antiquū z lateres rubeos: quos non tetigit aq: fräge ipſos per fruſta minuta ad pondus vnciº. ℥. ac cēde in igne donec rubicūdiſſimi fiāt: poſtea qlibet fru ſtum per ſe figillatim in oleo ſubmerge: deide cōquaſſa z imple ex eis uaſa vitrea: que poſſunt ſuſtiere ignis for titudinē: deinde claude cū luto z ſuſpende in furno ſicut ſuſpenditur uas olei ro. multū debet eē inter ipm z ignē z cū deſiccatum fuerit lutum: mitte ſub uaſis illis ignem ſuauiter z paulatim vigora ignē:z ſic facias donec aqua fluat a uaſis illis:z tunc inciptat vigorare ignē donec vi deas currere oleū ualde rubeū:z caue ne illud ignis tā gat: q: poſtea non extingueretur: ſed ꝓtinua ignē donec ceſſet oleū fluere:z tunc permitte donec ifrigidetur fur nº: poſtea extrahere foras facies de uaſis:z pones alios lateres ſi uaſa ſunt ſana: ſi non: accipe alia uaſa:z ſic facias donec habeas oleū ſufficiēs:z reponas in uaſe ſtricti ori ficij z claude iſtud: hoc oleum eſt de ſecretis phoꝛ. ualet ſicut balſamum: ſed eſt ſubtilius z clarius z maioris utili tatis in egritudinib⁹ frigidis: perforat etiā malū z expā ditur cito cū ſpatio lato: ualet lapidi egritudinibº ueſice z ꝓuocat urinā: ualet doloribº frigidis auriuz interficit ver mes in eis: ualet paraliſi z torture oris inunctū aut bibi tum: ualet ſciatice z doloribus doꝛſi. ¶ Item oleū bora ginatū. ℞. boragiñ. ficce. ℥.iij. olei cois ℔.j. decoq̄nt in uaſe duplici donec bis mādet oleo: colet. colatura ualet dolori tūcturaz ex frida cā mortificat:z excipit dolorem.

¶ De ſomniferis z ſublimationibus. Cap. VIII.

¶ Confectio ſaporis a cyrurgia facien da ꝑm dñm Hugonez ſic fit. ℞. opij z ſucci mori imaturi. iuſgami. ſucci co conidij. ſucci folioruz mādragore. ſucci hedere arboree. ſucci mori ſilueſtris. ſemi. lactuce. ſeminis lapatij qō hēt poma dura z rotūda z cicute. aā. ℥.j. hec omnia in vnuz cōmiſce in uaſe eneo: ac deinde in iſtud mitte ſpongiaz nouā: qō totum ebulliat:z tandiu ad ſolem canicularibº diebus donec oia cōſumat:z decoquat in ea: quotiens aūt opus erit mittas ipſam ſpongiam in aquam calidaz per vnam horam:z naribus apponatur: quouſqz ſomnū capiat: qui incidendus eſt:z ſic fiat cyrurgia qua pacta ut excitet aliam ſpongiam in aceto infuſam: frequenter ad nares ponas. ¶ Item feni. radicuz ſuccus in nares im mittatur: moꝛ expergiſcit. ¶ Item. ℞. antimonij. q̄r. j. ar genti vi. q̄r. ſ. diſtemperet cū capitello quouſqz argentū cū antimonio ſit bene inuolutū. poſtea accipe calcē viuā ſaponem gallicē. z aliquātuluz de arſenico: poſtea totū ſi mul ponatur in ſublimatorio. facta ſublimatione totū in ſimul congregetur:z iterum inuoluat cū capitello:z ide efficiatur pomum ad quātitatem nucis:z inde ponat ſu per crepaturā: uel ſuper ruptura uel quicqd uolueris fa cere cura de puluere retine poſt ſblimationē:z inde fiat puluis: diſtemperetur cū ſapone gallico:z poſtea ponat ubicunqz uolueris z operatur.

¶ Arſenicum ſublimatū ꝑm dñm Hug. ſic fit. ℞. arſenicū z exfolia ℔.ſ. deide accipe es uſtū. ſaliſgēma. ceruſa. aā. ℔.ſ. deinde arſenicū exfoliatū tere fortiſſime:z paſſa per tamiſum groſſuz: qō remanſit in tamiſo tere donec totū ſit paſſatum: poſtea fiat idē per oia de ere uſto ſeparatim idē de ſaliſgēma z ceruſa ſeparatiz: poſtea oia ſic trita cō miſce fortiter in aceto forti ſuper marmoꝛ: cū lapide ſuo: deinde totum cōmixtū pone in uaſe. i. in diſco cū alutel. da ſibi ignē quāto poteris plenioꝛē in ſignū ſblimatiōis ſunt. vj. hore in eſtate z. ix. in hyeme uel circa:z qñ vide ris arſenicū ſblimari z diſtillationē ceſſare remoue alē bicū cū ſuo recipiēte: deide foramē alutelli claude cū mo dico nitri quātitatis cōformis foramini: deide modicuz vigora ignē per vnaz horā ne materia aduratur: quo fa cto remoue z uaſa infrigidari tota nocte ꝓmitte: poſt ſua uiter uaſa diſiunge:z qō remanſit ſublimatū in alutello ad partē pone. poſt accipe feces que ſunt in fundo uaſis inferioris:z fortiſſime tere cuz aq dicta diſtillata fac per

oia ficut p̄i⁹.hoc reitera de fecib⁹ gnges.post feces reijce ⁊ uasa mūda:post accipe totū albū ⁊ tere tātū salis gēme ad spissitudinē vni⁹ digiti pone in fundo disci post foliuz papyri eidem foramini superi⁹ pone:dādo ei lentissimū ignē donec sublimet totū sicut p̄ius:hec acus fiat mitis ⁊ suauis:sicut sudo:beate v̄ginis qñ peperit ch̄m.

¶ De epilepsia. Cap. IX.

d **Epilepsia** dicendū est que dura passio est: que inuēta credit esse sicut est passio duorū mēsium. ¶ Fit autez epilepsia uera de flegmate nō naturali ⁊ de melia Itē qñq; fit a causa p̄mitiua.i.vitio cerebri.quādoq; fit de remota.i.vitio stōci ⁊ dicitur analepsia.isti duo ⁊ analep.⁊ cathalepsia p̄sentiūt casum suū.epileptici v̄o nō. ¶ Itē generalis regula est:q; ois epilenticus laborans de p̄uata causa debet curari per calida. ¶ Cathalepsia habet fieri ex sanguine viscoso.i.igneo ⁊ malitioso ut dicit Cōstātinus debet curari cū frigida. ¶ Itē p̄m diuersa sinthomata que ꝓuenīūt in casu potes cognoscere:in quo mēbro materia sit posita: q: qñq; ponit in cerebro. qñq; in stōco.qñq; in intestinis.qñq; in vijs urinalibus. qñq; in testiculis.qñq; in genitalibus.qñ est ex cerebro multa spuma resoluit in hoc casu more patiētis.qñ est in stomaco in casu fit uomitus.qñ in itestino in casu fit egestio sed in vijs urinalibus in casu effundit urina.In testiculis ⁊ genitalib⁹ fit spermatis emissio. ¶ Itē p̄m diuersitates lune affligunt de diuersis humoribus. Quatuor eni sūt lune etates. Prima est calida ⁊ humida.Secūda calida ⁊ sicca. Tertia frigida ⁊ sicca.Quarta frigida ⁊ humida.ergo qui laborat de hūida mā debet affligi in prima ⁊ ultima: qui laborat de sanguine lucido in scōa frequentius:qñ in fine p̄me qui laborat de melia in tertia etate lune. ¶ Item quedā affligit semel in die:quedā in septimana:quedā in mēse:quedā in q̄tuor tpib⁹ anni.

**Generalis** ergo regula est:q; illa que cadit tardius.tardius curat:q̄ qñ tardi⁹ affligit:qñ cōpactior est mā:que longiori tpe indiget ad sui decoctionē. ¶ Itē qñq; fit i lactēti etate ⁊ debili qñq; in forti.si fiat in lactēti etate tūc tota cura debet exhiberi nutrici in electuarijs ⁊ syrupis.suffumigationib⁹ ⁊ pulueribus. Ñ dico q; castoreū nō debet suspēdi collo pueri lactētis:q: ei⁹ humiditas liquida est ⁊ subtilis.vñ mala fieret dissolutio q̄ cōsumptio:⁊ ita timēdū eēt de suffocatione. ¶ Idē dico de musco:q: ex subtilitate substātie ⁊ calore magis dissolueret q̄ cōsumeret. ¶ Itē nota: q; inter oēs herbas que soluūt epilepsiā in lactenti etate iudicatur ysopus. Si lactēs recipiat odorē illi⁹ herbe:uel nutrix utatur eadē:uel in electuarijs:uel syrupis:uel puluere:uel quocūq; modo uoluerit. ¶ Itē gñale documētū:q; alio,modo extra casuz:⁊ alio mō in casu fieri debet. Nota tñ q; si in principio casus epilepsie extrahat aliqd de sanguine de quocūq; mēbro uoluerīs nunq̄ infestabitur postea patiēs ab epilepsia. ¶ Item in casu apponatur puluis ruthe deficcate in naribus statim soluetur:uel succus eiusdē herbe injiciat. ¶ Item regula.in casu nō debet apponi strenutatorīū:non debet fieri fricatio circa caput:ne fumus a tali corpore trahat superi⁹:imo p̄imo debet fieri fricatio circa pedes ⁊ tybias:⁊ hoc diu:deide fieri fricatio pōt circa caput ut exeāt fumositates capitis ad exteriora:⁊ tunc nō est timēduz de attractiōe fumi ad superiora. ¶ Itē regula.a quocūq; mēbro fiat epilepsia: non debet optata nisi stōco inanito:q: oē antidotuz debet exhiberi stomaco inanito:ut forti⁹ operet excepto sale sa cerdotali ⁊ sale marcelli ⁊ dyacitoniton: q̄ dat cū cibis ad cōpressionē ⁊ consumptionē. ¶ Itez alia regula q; si corpus si plectoricū uel epilepsia fiat a stomaco:debet medicina laxatiua ulr purgans. Si aūt fiat a capite ⁊ patiēs non sit plectoricus:fiat tribus diebus fumigatio cū aqua decoctionis ruthe ⁊ ysopi: ⁊ in q̄rta die facta fumigatione mittatur vna pillula de dyacastoreo distemperata cuz succo blete cum paruo sale in nares.similiter per gargarismata ⁊ sternutationes ⁊ masticationes fiat cura.

¶ Item si fiat epilepsia a stomaco:spālis cura est uomitus ⁊ fiat a capite.similiter valet:q: sicut stomacus omnibus membris subministrat:ita ab omnib⁹ membris attrahit.

¶ Itē dicit Alex.q; analepsia fit a colera.itelligas ḡ mētem auctoris.ex colera fit.i.tanq̄ a cā mouēte. Primo q: colera abūdans.qñq; in stōco calore suo dissoluit flegma ⁊ facit ebullire.vñ attrahit ⁊ facit epilepsiā. Iz ergo dicant auctores:q; epilepsia debet solui ut analepsia.per calida tñ in hoc casu est:p̄mo cause mouēti obijciēdū.vñ debet purgari colera:⁊ postea frigidus humor. ¶ Itē ois epilentic⁹ debet mane cibari.sikr ⁊ scothomia: q: nihil magis ledit epilēticū q̄ ieiuniū:q: regula gñalis est:q; si fiat vitio stōci multū confert ieiuniū:nisi adsit debilitas cerebri. ¶ Itē generalis regula est: q; ois inspectio vitri ledit epilenticū. ¶ Itē ois odor malus ledit epilenticū.exceptis his 4or odor ruthe.castorei.armoniaci.oppoponaci.de istis tñ dico:q; frequēti usu turbāt cerebrū:vñ non debet castoreuz suspēdi collo epilētici:nec frequenter in manu portari. ¶ Itē nota:q; antiqui philosophi consuerūt facere flōmiā post casuz:q: melius poterit cerebrū mundificari ⁊ vivificari:sed q: debilitata sunt modo corpora magis q̄ p̄ius non ita facere cōsueuimus:⁊ tñ nota:q; forti existēte corpore specialis est flobothomia in uena conjunctionis policis ⁊ indicis:quia illa uena specialiter subministrat capiti. ¶ Item quandoq; cōtingit q; in epilepsia de causa p̄uata sub lingua apparent quedā uene uergentes in liuidum colorem:uel virides que dicuntur fagindes uene in tali casu generalis est regula ut aperiātur uene ille:q: per illarum aperitionem etiam in ueterata epilepsia cōsueuerat solui. ¶ Itē potes habere rationem:q: in p̄dicta epilepsia circulus apparet viridis in urina uergens in liuiduz colorem.nulla aūt epilepsia alia potest cognosci per urinam. ¶ Item regula generalis est:q; omnibus epilēticis nocet balneuz:⁊ est ratio:q: balneuz laxat neruos ⁊ debilitat:q: in balneo' generant multi humores:qui caput ascēdentes turbāt cerebrum: uel q: epilepsia est vna de reumaticis.cuz igitur in nulla causa reumatica debeat fieri balneū.ergo nō i epilepsia. ¶ Item alia regula omnibus epilēticis cōfert thiriaca de xv.in.xv.dieb⁹ ad pōdus oblata.v.denar.cū vino decoctiōis ruthe.excepta cathalepsia ⁊ suffumigatio fiat bis in septimana. ¶ Itē alia regula generalis:q; in nulla epilepsia debet fieri coitus: q: in coitu multum debilitātur nerui.vnde fiunt epilentici ⁊ paralitici. ¶ Itez alia regula:q; in omnibus epilenticis confert antidotū dyacastoreuz.⁊ potio sancti petri:⁊ offeratur bis in septimana cū ierit dormitum cum vino ruthe ad pondus.v.denarior ¶ Item suffumigatio ruthe fiat bis in septimana. ¶ Item alia regula p̄m omnes auctores:⁊ dominus Hugo affirmat q; coaguluz leporis soluit epilepsiā. ¶ Item regula:q; oleum frigidos humores in epilepsia soluit ⁊ consumit:sic fit.lib.j.laureole foliorū lanceolate:quassentur ⁊ decoquantur in lb.j.vini ⁊ alia olei usq; ad consumptionem vini bulliant:⁊ cum hoc vnguento vngatur caput epilentici ⁊ stomacus ⁊ analentici. valet etiam in frigida causa flobohtomia de cephalica ⁊ in paralisi ⁊ in spasmo de repletione ⁊ artetica frigida:⁊ in omnibus oppilationibus ex frigidis humoribus. Et hec de generalibus epilenticis dicta sufficiant.

Finis.

¶ Libellus de Cyrurgia editus siue compilatus a Magistro Rolando Feliciter incipit.

**Medicina equi** uocatur duob⁹ modis. Uno enim sensu dr instr̄m medici. Alio vo dicit ipa ars. p̄m q̄ ip̄m diuidit in theoricā z practicā. ¶ Est aut̄ triplex instr̄m medicie: per qd̄ medicus diligenter medet. s. dieta. potio. z cyrurgicus instr̄m. Primo enim eger est dietādus. 2° potionādus. 3° sigd est supfluus in ipo: qd̄ per p̄dictum instr̄m. s. potionē nequit remoueri per cyrurgicū instr̄m est extirpādū. ¶ Cuz aūt ista tria instr̄a. qñq; adinuicē sibi deseruiāt: de dieta z medicina multi a plurimis fuerūt libri cōditi. de cyrurgia vo nulli uel pauci. Magr Rogerius tum rogatu socior z amicor suor: tum pp paucitatē tractātiuz de cyrurgico istro quēdā tractatū edidit: quē cyrurgiā appellamus: in cui⁹ principio ista regrunt. Intētio. Causa intētionis. Utilitas. Partitio opis. Ordo tractādi. z libri titulus. ¶ Intētio est soluta z ptinua z supflua cyrurgie bñficio curare. ¶ Causa intētionis fuit in copia labior z intercessio amicor. ¶ Utilitas est curationis ptinuitatis solutionis z supfluitatis: facilis z certa notitia. ¶ Partit̄ hoc opus in quatuor particulas p̄o uarietate partiuz humani corporis. ¶ Ordo tractandi talis est. In p̄ma pticula agit de lesione que fit in capite usq; ad collū. ¶ In alijs tribus non seruans ordinē mixtū: tractat de qualibet lesione aliarum partium intermiscendo curas de apostematibus de cancris z fistulis: z ita finit tractatum suum. ¶ Libri titulus talis est. Libellus de cyrurgia editus siue cōpilatus a magistro Rolando feliciter incipit.

**Cyrurgia** dr a cyros qd̄ est manus z a gya qd̄ est actio: q; in actione siue in opatiōe ptistit. Incipit vo p̄mo de lesione capitis. Ideo q; dignior pars corpis est z appellatur. ¶ Unde sciēdū est q; humanū corpus in quatuor ptes diuidit. s. in aiatā. vitalē. nutritiuā. z gñatiuā. z dr caput dignior ps. qr supiorē locū obtinet. fundamētū enim est tā rōnis q; ceterarū aialiuz virtutū. p̄mū ergo de capite tractatus fuit p̄ponendus: qr ab ipo ceteris mēbris sensus z mot⁹ ministrat. Antiqui enim phi caput radicem ceteror mēbror corpis eē asseruerunt z arbori inuerse assimilauerūt: z a capite q̄si a radice simplici incepe: z in plurima mēbra uelut in ramos extenderūt. uel dignior pars dr: qr p̄mo apparet videntib⁹: uel qr alia p̄ncipalr dr habitare in cerebro: cuius Aug⁹ dicat: q; alia nec in minorib⁹ mino: nec in maiorib⁹ maior repit. dr aūt principalr habitare in cerebro pp p̄ncipalitatē opationū: quas in eo exercet: vñ dignior ps corpis iudicat. Et p̄mo tractat de craneo: gra cui⁹ z ad amorē eiusdē cuz rōnis euidētia. De cerebro quēdā sunt p̄libāda. ¶ Est igit cerebrū albū humidū lene multū hñs de spū z multū de medulla trib⁹ cellulis distinctū duob⁹ pāniculis coopertū. tres cellule dicunt. anterior: media z posterior. In anteriori fit imaginatio. In media rō. In posteriori memoria: que sunt opationes triū p̄ncipaliū vtutū. s. fantastice lōgistice z memorialis. Anterior cellula est calida z ficca ad alias cōparata multū hñs de spū z parū de medulla. Media calda z humida ad alias cōparata multū hñs de spū z multū de medulla. Posterior frida z ficca ad alias cōparata parū hñs de spū z paruz de medulla. Et tō p̄m diuīsas cōplones cellularū diuersa sunt exhibēda medicamia duob⁹ pāniculis cooptū. s. pia matre z dura mr̄e.

## Capitulum primum

De modis quibus caput vulneret z de signis lesionis pāniculor cerebri.

2m De cura fracture cranei in vniuersali.

3m De manifesta fractura cranei cuz amplo vulnē ut ense uel alio simili: z cura eiusdem.

4m De magna fractura cranei cū vl'nē stricto i supficie

5m De fractura cranei in modum rimule.

6m De vulnere capitis siue fractura cranei.

7m De pcussione in capite siue vulnere cum fractura z sine fractura cranei z cura eiusdem.

8m De vulnere siue pcussione capitis cū cuti laniata siue separata pēdēte cū craneo: uel sine eo.

9m De vulnere facto in ptumacia capitis añ ul'retro.

10m De futuris qualiter debeāt fieri in membris facie uel in alijs nobilibus membris.

11m De vulnē in ptib⁹ facie facto cū telo uel sagitta.

12m De vulnere cum perforatione cranei facto cuz telo uel sagitta.

13m De casu uel percussione super caput cutis z cuz sola plicatura cranei.

14m De tinea z eius cura.

15m De rima seu rufa capitis.

16 De testudinibus capitis.

17m De quibusdā incisionibus z cauterijs ad maniam melancoliam z epilepsiā factis.

18m De egritudinibus oculorum z curis earūdem cōtinens rubricas. 7.

Rc ca p a De pilis inuersis in oculo.

2a De lachrymis oculorū z relaxatione palpebre z ordeolo z pruritu.

3a De pāniculo oculor corrodendo.

4a De rubore oculorum.

5a De sanguine in oculo consurgente percussione ul' simili z de tumore.

6a De inuersatione palpebre inferioris ex vulnē uel apostemate facta.

7a De fistula nata inter oculum z nasum.

Cap 19m De supfluitate orta in naso z polipo:

20m De cancro in naso z religs ptib⁹ oris z facie: z de corrosione gingiuarū z earū sepatiōe a dētibus.

21m De scissura arsura z pūctura labiorum.

22m De dislocatiōe mādibule z cura eiusdem.

23m De fractura mādibule cum vulnere.

24m De fistula mandibule.

25m De dolore dentium.

26m De pustulis in facie z uariolis.

27m De impetigine z serpigine facie.

28m De morphea tam alba q̄ nigra.

29m De doloribus aurīū ex quacūq; causa peruenīat.

30m De quolibet alio exhēdo si in aure ceciderit.

¶ De modis quibus caput vulneretur: z de signis lesionis pāniculorum cerebri. Cap. I.

**Caput** diuersis modis vulnerari ptigit. vulnerat enim aliqñ cū fractura cranei. aliqñ sine fractura eiusdē. Fractura eni cranei cū vulnere aliquotiēs est magna z manifesta. aliquotiēs pua. ¶ Et est sciēdū q; fractura cranei peior est cū puo vulnere q̄ cuz magno. in puo enim vulnē ad h̄ q; repiat craneū: faciēda est maior incisio. ¶ Sed tam magna q̄ pua alia est cū magno vulnē z largo. alia cuz stricto z puo. Quecūq; vo fractura sit cranei de lesiōe pāniculor cerebri semp est dubitandū. Nā aliqñ dura mater aliqñ pia mater ledit. ¶ Cuz aūt dura mater ledit p hec signa cognoscit. patiēti nāq; dolor: adest in capite ex sol'one ptinuitatis. Rubor: facies ex spiritib⁹ illuc p̄currē tib⁹. Oculor icēsio ex eadē causa: nigredo lingue ex febre: alienatio mētis. ¶ Item pie mr̄is lesio per hec signa cognoscit. s. defectu vtutis appetitiue digestiue z expulsiue ablatiōe uocis ex spiritib⁹ z fumositatib⁹ neruos motiuos lingue replētib⁹. pustule quoq; in facie solent supuenire ex nutrimēto attracto actiōe nāe z nō incorpato sanguis z sanies ab auribus z naribus fluere ex eadē causa

uel ex defectu retētiue:z ēt ꝓstipatio uētris ex spiritibus cōfluētibus ad vulnus z depauperātib⁹ nutrimēta mē/brox z iferiora. Et nō ꝙ si ꝓstipatio uel fluxus segk:mortale est:z qđ deteri⁹ est rigor.febrilis ter uel quater i die patiēti solet accidere:z hoc pessimū signū est:qz tūc calor nālis deserit ptes extremas:quas ultimo petijt:z hoc est certū signū mortis:z in oib⁹ siue plurib⁹ supueniētibus de supꝰ dictis ad plus usq; ad.c.dies mors expectek. Et maxime si aliq; mirigaruz cerebri lesa sit:moriek eger in ꝑmo plenilunio aduenīte ut in plurib⁹. Ḃ eni ꝓtigit ex ꝟ ꝙ celestia corpa effectū hñt in terrenis:z luna mr̄ est hūiditatis hūiditate lune adūcta.augmētak hūiditas terrena sentiū:z tūc humiditas cerebri augmētak z ebullit cerebrū cū itus in magna q̄ntitate nequeant ꝓtineri vñ exit:qñ nō hēt obstaculuz:z ita moriunk. ¶ Quia igit de fractura cranei magnū sequit piculuz qualr fracture cranei subuenire possumus per ordinē ꝓsequamur.

¶ De cura fracture cranei in ul'i. Cap.II.

Cum multe sint egritudines capitis ut cephalea monopagia z emigranea illas solo mō auctor i tractatu assumit:que cyrurgie solēt curari bñficio:ut est sol'o ꝓtinuitatis: que qñq; fit in anteriori pte capitis.qñq; in media.qñq; in posteriori cellula:qđ tō distinguēdū est ꝙ artifex puidus vni cuiq; puidēs:ꝙ ꝑm diuersitatē nārū vnicuiq; cōpetēteꝫ adhibeat curationē. ¶ Cū aūt fractura cranei est in anteriori pte capitis:lz defect⁹ medulle expostulet calor plurima supponē.nā tñ ipſi⁹ cellule ꝓhibet cū ipsa iudicek calida z ficca:z ex hoc hēat vtutē attrahēdi nutrimētū calidū z ficcū.vñ minus in ea pte utēdū est uehemēter calidis:lz poti⁹ restauratio carnis hēat fieri p:o calida z humida. ¶ Fractura exñte in media cellula nō est facienda suppositio calidor:ne eius fiat putrefactio cuz sit cala z humida z multū hñs de medulla. ¶ Fractura exñte in posteriori pte necessaria est calidor appō:qr frida est z ficca nālr. ¶ Nota ēt ꝙ nō pōt repari craneū ex toto añ.xxx.uel.xlv.diē nisi sit in puero uel in adolescētulo. ¶ Et est sciēdū ꝙ in quolibet vulnere timek spasmus tā de repletiōe q̄ de inanitiōe.si fit nimius fluxus de inanitione:z nō debet flōmari:si puus fluxus de repl'one: z debet fieri minutio de uena cephalica si fortis sit iuxta illud nerui z re.xc. Si vō fiat vulnus ita ꝓcedendū est in ꝑma die nō debet fieri icisio ne sincopiçet pp emorroſagiā qđ est nota dignū.si vō icisione uel pcussione magna fuerit emorrosagia stupa delicata exprimak.deinde aspergak puluis de sumach z utraq; ꝙsolida mumia z bolo:z imponak vulneri:z sup stupā madidā iteruz aspgak de eodem puluere:z postea supponak stupa nō madefacta z ultimo plumaceolus.ista enim ꝙstringūt extremitates uenarū.sil'r stupa cum albu.ouī idem fiat cum eiusdem puluerib⁹ z magis ꝙstringit albu.ouī solūmodo in estate.albumen cum vitello in hyeme:quia aliquantulū magis est calidum q̄ albumen.

¶ De mānifesta fractura cranei cū amplo vulnē. Cap.III

Cum fractura cranei magna z manifesta cuz amplo z largo vulnere fuerit:ut si fiat cū ense uel alio sil'i:ita ꝙ os uel aliqđ aliō qđ remoueri debeat in aliquo tpe a medico si fieri pōt: statim exhak nisi sanguis mult⁹ effluat:uel aliud ipediat:si cut est sincopis ſbtilissimus pānus de lino uet⁹:ne aspritate sua ledat iter craneuz z durā matrē uelut ex obliq̄ caute mittak. In ore,vō fracture cranei pānus de lino ul' de sirico qđ lōge meli⁹ est:ita ꝙ extremitates pāni vndiq; ſb craneo cū pēna uel tasta nō iponēdo ex directo:ꝓinde imittak ne putredo ab exteriorib⁹ fluens ad duraz matrē decurrat z maiorē lesionē cerebro iferat.de spongia vō marina diligēter lota z exiccata idē fieri ꝙsueuit: spongia lauari debet ut amittat salsedinē:z hoc viceſies ne tñ nitrositate sua mordicet piā matrē uel durā:qr oia mordicātia sunt calida:z corrodentia calida z ficca. Hec enim putredinē ab exteriorib⁹ deriuantē uel de bibula recipit.vulnus aūt extrinsecus totū vndiq; petijs lineis albis z delicatis in albu.ouī ifusis z aliquātulū exp̄ssis diligēter repleak. ¶ Est enim sciēdū ꝙ nō opz apponē albu.ouī cessante emorroſagia:ne friditate sua saniei generatio ipediak:z nālis calor ibi minorek plumaceolus desup ponak p:o uarietate partis capitis z ligek. ¶ Plumaceolus dr̄ a pluma qua iplek:z debet fieri ad modū sacelli.pluma qđē delicata loco vulnerato appositа:perꝓptime ꝙfortat calorē nālē bis in hyeme:ter i estate:mutek bis in hyeme:qr fridītas ipedit saniei gñationē:calidītas eꝫ⁹. ¶ Patiēs vō sup dolentē ptē ad tacēdum lock:ut putredo ibi gñata liber⁹ exeat:ne ificiat durā matrē.rōne ēt cōpressionis minorak dolor.spūs eni currentes ad locū dolētē:z nō inuenītes liberū decursum se retrahūt ut pōt videri in capite dolēte cōpresso. cū hac aūt cura usq; ad plenā cranei restaurationez est insistēdum.

¶ Si vō aū cranei rapationē aliq̄ supflua caro excreuerit spōgia marina nō bñ lota z exiccata supponak q̄usq; caro supflua corrodak.z est sciēdū ꝙ supflua caro non crescit sup durā mr̄ez cū sit mēbrū ita neruosū ut uesica.vñ nō pōt hīe cohērētiā ſz crescē pōt sup ipa cranei repatione. Ubi ꝙ excreuerit caro mortua in circūferentia pori sarcoidis dz supponi spōgia ut dcm̄ est sup durā mr̄ez.

¶ Ceterū si post repamētū cranei sup ipam repationē caro supflua creuerit puluerē de hermodactilis secure ponere cōsueuimus.qr puluis iste leuiter z sine violentia corrodit. ¶ Vulnus aūt extrinsecus cuz pāno solo z carpia usq; ad finē pfecte curamus. Carpia.i.carpitura panni siue rasura. ¶ Post vulneris ꝙsolidationē aplicū cyrurgicū supponimus. Et nō ꝙ qdā nō approbāt appositionē aplici pp nimiā attractionē z ꝙsūptionē. ¶ Aplicū cyrurgicū sic fit. Accipe picis naualis ℔.j.picis grece j.colofonie ℔.ſ.galbani.serapini.armoni.oppopo.aā. ℥.ſ.cere.℥.iij.in estate in hyeme duas. Et nō ꝙ plus de cera in estate q̄z in hyeme ponik pp liquefactionez.eꝫ⁹ in hyeme pp ꝙsolidationē:ne idurescat.aceti ℔.ſ.fiat autē sic acetū in stānato cū gūmis que nō debēt teri.ponak ſ.galbanū.serapinū.oppopona.pix naualis:z sup ignē ponak ut liquefiat:z cū liquefacte fuerint pax de ipo in aq̄ frida mittak:z cum se tenuerit z colorē mutauerit.pix greca puluerizata in supdicta q̄ntitate cū mastice z olibano.aā.℥.ſ.puluerizatis cū pdictis in stānato mittank z cū spatula semp agitādo bñ sik'oia incorporenk. Cū aūt de ſbalbido colore q̄si in citrinū colorē deuenerit signū habes plene decoctiōis.stānatū ꝙ ab igne remoueas z.℥.ſ.terben.aduūgas:z cū pdictis diligēter incorpora. Ḃ aūt oia supꝰ aquā fridā cola:z mantb⁹ vnctis oleo lauri.uel alio liquore malaxa iuxta ignē ipo ꝑmo de aq̄ exacto fortiter malaxi ubi magdaleones formare ualēs. ualet aūt aplicū cyrurgicū ad splenē z post ossis ꝙsolidationē. In fine nō in ꝑncipio:qr dissolutiua ibi sunt. Una ēt decoq̄tione ossis z carnis ad dolorē ex fractura pectoris: que fit ex ꝙtussione casu pcussione. ¶ Nō stānū trigiduz est cupr̄ū calidū.vnde in stānato debent coqui vnguenta z syrupi in uase cupreo oximella z emplastra.

¶ De magna fractura cranei cum vulnere stricto in superficie. Cap.IIII.

Si fractura cranei magna est.vulnus aūt in supficie strictū:ita ꝙ de quātitate fracture cranei certificari nō possis.dr̄ig⁹ in vulnere est ponēdus:z cū digito diligēter est tētādū:qr nullo mō fractura cranei meli⁹ digno scik q̄z tactu digiti:qr cū pēna uel ferro pfecte sentire nō possum⁹ cū sensibilia nō sint. ¶ Post q̄z ꝙ q̄ntitatē fractu re cranei ex maiori pte coguerīs vulnus strictū i modū crucis cū rasorio icidas:z cū rugie cutiz a craneo sepa z nisi mult⁹ sang.ul'aliō ipediat:ut sincopis os ul'aliō qđ

abstrahēdū est cū picicarolis:illico abstrahas:q si mult⁹ sang.supueniat uel aliud impediat q̄uscq illa cessauerit diu feras:ly tuo bñficio remouēda statim si potes: cōpetēter remoueas pānū iter craneū z durā matrē cū pēna diligēter z caute mittas:z quecūq in cura supⁿ dicta docuim⁹ iter craneū ꝓseqūris.ex craneū ꝙo scarnaturis.i.q̄rterijs in p̄mis infra se coartatis z strictis:totū vulnus pāno lineo albo.oui ifuso.p⁹ēt p̄parato bñ ipleat plumaceolus de pāno supponat ut bñ ꝙcurrāt q̄rterij in fine sup quā libet q̄rtā ptē ponēdus est suus plumaceolus:z in extremis subt⁹ponant duo stuelli ut sanies effluat:z pro uarietate ptis capitis caute ligef:z sic a mane usq; ad sero uel ex⁹ dimittat. ¶ Cū aūt ad idē vulnⁿ redieris z q̄rterios tumefactos videris:bonū signū est:q: tūc sigtur q nā fit potēs ibi ponē nutrimētū. Cetex si diminutos z mortifi catos videris malū est:q: tūc sigtur q nālis vt⁹ fit ipotēs iferi⁹ z supi⁹ mittē nutrimētū. Nō q in vulneri⁹ putredinē cito fieri bonū est.tarde vo malū vulnⁿ ēt fit ꝙceptū malū. Jux illud Hyp.laxa bona:cruda mala. Cū hac cura ifistas extrisecus q̄uscq craneū plene repatū eē cognoueris:z tūc pānus diminuak:z q̄rtarios p̄dictos ad pro-p⁹ū locū redire cōpellas:z usq; ad finē carpia ul alio pāno cura nō dubites. ¶ In vulneri⁹ aūt ubi fractura cranei est solū pānū imittim⁹ sup craneū ifusuz in albu.oui. Ung^m vo ul aliqd vnctuosuz imittē oino refugim⁹.nullū enī vnctuosuz ponēdū est in loco ꝓpe medullā ne ueniēs ad iteriora ledat durā matrē ul penetret. ¶ Sed ut videaris aliqd de tuo iponē fac ꝫ vnguētū qō secure poteris iponē circa labia vulneris extrisecus. Accipe crocū z pone in aquā:z ibi tādiu dimitte q̄uscq aq̄ bñ sit colorata:z cola z in hac colatura,pone farinā triticeā z incorpora z pone sup ignē ut aliquātulū bulliat:semp agitando cū spatula:z usui refua.dolorē mitigat z lenit.aplicū cyrurgicū sup̄ cortū aliqñ i fine ponē ꝙsueuim⁹. ¶ Nō etiā in hoc loco q in vulnē capitis pfundo:ita q craneū fit scissuz int⁹ z exteri⁹:z si aliq̄ mirigaz lesa sit:uel ēt ipa ſba cerebri pp ei⁹ debilitatē timek de morte.vñ in h⁹ vulneri⁹ nō est facienda flōmia.augek enim debilitas. In alijs vo vulneri⁹ capitis dolor fit siue in frōte siue in facie:z si nō satis sang.emanauerit:z si fluxⁿ hūor timeak: flōmandus est de uena cephalica. Eadē ꝙsideratio hēak in oi vulnē corpis:ly semp est factēda flōmia p antipasiz z de uena mēbro lesо spālr putētī:q: ois dolor acuit reuma:z ubi dolor:ibi fit decursus hūor. ¶ Jtē notādū est q cū in augmēto lune aligs vulnerak:timēdū est ne dura mr tūc ledak:q: tē est ꝙiūcta ipsi craneo:que si sup craneū exeat cū police lenter est cōprimēda z ad ꝓpriū locū reducēda:deide curet ut dictū est. ¶ Sciēdū est etiā q qñ cū cq in capite fit incisio semp añ pparāda sunt corpuscula de stupa madefacta in aqua z bñ expssa ad moduz amigdale:uel plus p̄m ꝓportionē vulneris:factaq; icisione vulnus corpusculis sup̄adictis repleak:z ita dimittak usq; ad tertiū diem in hyeme in estate bis in die mutek: z hoc ꝓpter citā uel tardā sanies generationem.

¶ De fractura cranei i modū rimule:z de cranei depssiōe

c **Ontingit** aūt craneū in modum rimule scindi illa.s.ut neq; eleuatio neq; depssio altera: altera ps videak.utrū aūt talis fractura usq; ad interiora descēdat nō cognoscik.ut q̄ possis certificari teneat sibi ifirmus os z nares clausas z isufflet virilr:z si per rimulā illā aliqd exalauerit:scias craneū usq; ad cerebrū esse fractū:cui sic sbuentre curabis. Cap.V.

¶ Si vulnⁿ sit strictū elargef:z nisi sang.ul aliō te impediat:statim tuē rimulā trepano sūma cautela ex utraq; pte rimule fora:z quot tibi videbunt ꝙgrua foramia facias:z postea spatumie ab vno foramie ad aliō ip̄m craneū icidas:ita tñ ut usq; ad extremitatē rimule talis icisio ueniat ut putredinē que sup̄ cerebrū deriuauerit bōbacello uel sbtilissimo panno de lino ex obliquo iter cerebrū z craneū pēna imissa diligenter exhere ualeas. Jn h⁹mōi aūt vulneris cetera eadez sunt exequēda:que in p̄dictis docuimus. ¶ Nō q si rimula cranei nō sit tāta ut suba cranei penetret cū instrīs cyrurgicis abradēdū est craneū z quocūq; modo illa rimula sit ex toto cū p̄dictis instrīs remoueak ut securus sit medicus utrū penetret rimula usq; ad duram matrem.

¶ Si vo craneū ita sit fractū ut sit in altera pte depssum.i. fractura depssa ut frustulū non ualeat defacili segregari ex illa pte:ex qua setē pforare iciptas:z quot ibi cōpetētia fuerint visa foramia facias:deinde cum spatumine z cū alijs instrīs:ut tā dictū est curā adhibeas:ita tñ ut spatumine posito in ipsa fractura eleuetur craneum:z caute ne aliqua pars sit ibi: ut dura mater ledatur ab illa.

¶ De vulnere in capite sine fractura cranei. Cap.VI.

s **Jvulnus** in capite sine fractura cranei fuerit:stati de pāno lineo i alb.oui ifuso z aliq̄tulū expsso totū diligēter vndiq; repleak. Sz nō q nō debet agitari multū alb. oui in tali cā ne amittat fridītatē. ¶ Et si ips hyemale fuerit talis embroca supponak q̄uscq sanie gīet. Que.ꝫ. brācā ursinā.maluā oxtulanā.z alterā maluā.i.alteā.parietariā uolubilē maiorē.oēs iste herbe bñ pistent in singulis manipulis:z de his folia solū accipiank cū lb.ʒ.aſ sūgie:z isīl bñ incorpenk:ponank oia h cū trib⁹ vncijs farī ne trittci z duab⁹ vncijs farie se.lini:z vncijs duab⁹ fenu greci:oia ista i uase sbtili cū vino rub.bñ incorpenk:z postea sup lētū ignē pone:additovino puro z ru.z agitādo cū spatula tādiu dimitte donec ispissek:z ispissatū usui refua. Nō q embroca ista uocak pultes cyrurgicox. ¶ Nō ēt ad dolorē ex pcussiōe. Accipe mel cū vino z olo z cimio:z fac idē empl'm z appone loco dolēti.hoc ēt empl'z ualet ad pleuresim:z si ex appōne hoc empl'm augmentek dolor:necesse est ut patiēs flōmek. ¶ Jtez aliud emplastrū z est ualde maturatiuū.ꝫ.mellis succi.apij.anēti.farine subtilissime trittci qō sufficit.

¶ Si vo estiuū ips fuerit talis fiat embroca.ꝫ.folia malue. ℳ.j.z pista cū trib⁹ vncijs assūgie ueteris z non salse solatrū memite:z si nō poteris hīc memite:pone p ea vmbilicū ueneris ul cassilaginē:q̄ optia herba est violaria:z: ista tres pista z succū istū pmisce cū p̄dcis z tātū de mero q̄tū de succo ipone z incorpa:z itez ipone tres vncias farine trittci z tres de melle diu cū spatula agitādo ad ignē donec spissek z usui refua. Has aūt embrocas p diūsitate ptis ponim⁹ usq; vulnⁿ sanie mittat:z ipsas dilatas in pānо. ¶ Postq; aūt sanie fecerit:pānū siccū in vulnere mittim⁹ q̄uscq pus deficcek.cū aūt exiccatū fuerit vulnⁿ carpiā supponim⁹. ¶ A die vo reumatis q̄uscq vulnus fit deficcatū vng^m fuscū vulneri applicam⁹:qō sic fit. Accipe olei cois z sepi arietini.añ.lb.j.picis grece.ʒ.iij.picis naualis lb.ʒ.cere.ʒ.iij.in estate. Jn hyeme vo.ij.mastices.olibāi.galbāi.armo.serapini.oppopo.terbētie añ. ʒ.ʒ.ꝙficiank ꝫ mō.oleū z sepū z cera cū pice nauali z cū gūmis que nō sūt terēda:ut galbañ.armo.serapi.oppopo.in stānato sup̄ ignē ponank:z de mastice z olibano z pice greca fiat puluis. Sup̄dictis liquefactis ad ignem agitādo semp cū spatula puluis sup̄dictox addak. Sig^m decoctionis est qñ gutta posita sup̄ marmor adheret digito z nō dissoluak:z dū hoc fuerit ponak ab igne z addak terbētina z cola per pānū z usui refua. ualet ad oēs plagas:bonā carnē facit:sanie gīat z attrahit. Jn ceteris aūt cura sicut superius diximus.

¶ De pcussione in capite sine vulnere cuz fractura:z sine fractura cranei. Cap.VII.

e **Xpcussura** q̄z fit tumor in capite sine aliq̄ vulnē. aliqñ cū fractura cranei:aliqñ sine fractura eiusdem. Fractura vo cranei aliq̄tiēs est ipo tactu manifesta.aliq̄tiēs occulta. ¶ Qñ vo ipa fractura cranei manifesta est

loc⁹ in modū crucis cū rasorio icidak: z cūcta per ordinē
pſequnk: de his que supi⁹ in 2ª cura capitis dixim⁹. ¶ Si
vo fractura cranei est occulta ut sit in modū rimule. p in
ditia cognoces q̄ circa egrū tibi videbunt idonea usq; ad
5ᵐ ul 7ᵐ dieꝫ: ut si nō bñ appetat: male digerat: male dor
miat: vix assellet z urinet: z si calorē patiak febrilē: tūc cer
ti sum⁹ de fractura cranei. Cura h⁹ est: ut cutis in modu
crucis cū rasorio icidak: z cūcta p ordinē pſequak. ¶ Qñ
tumor ex pcussura sine vulnē z sine fractura cranei est p
ditia patientis. cognoces usq; ad 5ᵐ ul ad 7ᵐ dieꝫ: ut si bñ
appetat: bñ digerat: bñ dormiat: assellet z urinet: z si sit si
ne calore febrili: tūc certi sum⁹ q: craneū nō est fractū: z
tūc apponēda sūt ea q̄ repellāt tumorē. ¶ Fiat ḡ embro
ca talis. Accipe absinthij/artheme sie/ruthe/ciminī/cepe
eq̄l: z sil bñ pistenk z cū ol⁹ cōi coq̄nk: z sup tumorē bis
ul ter in die ul q̄ter ul plus in die q̄tus pati pōt cala po
nak. ¶ Si ab istis nō repellit mā ponak embroca talis.
Accipe absinthiū/artheme siā/maluā cōem. añ. ℥ß. j. ista
ois terank z ipsis tritis addank. iij. ℈. de assugia: z bñ cū
cta sil coꝛpenk. z. iij. ℈. de farina frumēti admisceank z
cū vino incoꝛporenk z addank. iij. ℈. de melle z ponātur
ad ignē: z tādiu ducank cū spatula q̄usq; ad spissitudinē
uentāt: z talis embroca loco patiēti supponak quousq; tu
mor deueniat ad maturitatē. ¶ Post vo ubi locus ma
gis depēdet cū sagitella aperiatur z sanies tota manib⁹
exprimatur: z si opus fuerit digitus intromittatur z cete
ra pſequantur ut in aſpatum cura dicemus.

¶ De vulnere siue pcussione capitis cum cuti laniata siue
sepata pendēte cū craneo uel sine eo. Caſ. VIII.

Jex vulnē cutis capitis icisa cū craneo ul
ex alio casu ul lapidis ex pcussiōe ca
sus ul aliq̄ tali cutis ipa laniata ul icisa depēde
at: tūc ipa cutis depēdēs icidak p mediū usq; ad craneū
fractū: z ab illo craneo cū erugie sepata os cranei pūctak
z cutis ipa ex utraq; pte suak: iciplēdo a supiori pte z fiat
vnus pūct⁹ cū acu sbtili q̄drata z filo de sirico: ipe pūctus
optie z firmiter nectak z sb mēsura vncie ali⁹ pūct⁹ eodē
mō firmek: z tot in hūc ordinē ibi fiant q̄t nec̄ios esse ab
utraq; pte coq̄ueris. Inferio: vo ps ex utraq; pte relinq̄
tur apta ut p illos meat⁹ vulnus cōpetēter possit curari.
¶ Sup hāc vo futurā ponak puluis rub. z ꝑsolidatiuus
qui sic fit. Accipe ꝑsolide maioris. ℥. j. boli. ℥. j. picis gre
ce. ℥. iij. mastices. olibani. añ. ℥. ß. sang. dra. mumie añ. ℥
ij. que ois terank z usui reꝑuenk. Hic pluis ualet ad san
guinē ꝓstrigēdū: z ad ꝑsolidationē ossis z carnis post su
turā: cito et pellē sup vuln⁹ iducit. Hic ḡ pluis supponak
tali future ut dixim⁹. sup ipm vo pluerē foliū plātagis ul
alīd in extremitatib⁹ stuellū imittē: z plumaceolū de pā
no ponē ꝑsueuim⁹: ut cōprimēdo aliq̄tulū sanies ad in
feriorē meatuū descēdat: z vuln⁹ cōpetēt⁹ curari sanari
ualeat. Hic aūt pluis usq; ad. ix. dies bis i die supponat
q̄usq; carnē videam⁹ ex pte succrescē z ꝑsolidari: z tūc, p
dictos pūctos dissoluim⁹: filū exhimus: z usq; ad pfectā
ꝑsolidationē cū pāno carpia z alijs que dixim⁹ sbuentre
ꝑsueuim⁹. ¶ In illa vo icisiōe que facta est a medico po
nak pānus sicc⁹ z cetera ultra craneū z exꝑsequnk: que in
alijs curis fracture cranei dixim⁹. ¶ Si ꝙo de craneo
pax est sepatū cū cuti ut iteriorē ptē nō ꝓtigat illō tātillū
ossis acuti remouem⁹: z in ceteris eādē curā pſequmur:
que in supdictā futurā dixim⁹ excepto q nō debet sciđi
p mediū ne ultra craneū aliq̄ possint imitti. ¶ Si vo cutis
sine craneo ul ex vulnē ul ex alio casu a capite sit segre
gata cura est eadē que z in cura supius ꝓxime dicta.

¶ De vlnē facto in ꝙtumacia capitis añ ul retro. Caſ. IX

Jvulnus fuerit in ꝙtumacia capitis
añ ul retro: ita q̄ ad sbaz
ꝓcedat mortale est. Si vo a supioribus ad infe
riora descēdit: ita q̄ descēdit nō ꝓcedit sed per nares ul
aures: uel alia h⁹ partem descenderit non mortale. Cu
ra quoq; talium vulnerū similis est ꝑcedentibus.

¶ De futuris qualr fieri debeāt in mēbris faciei z alijs mē
bris nobilibus. Caſ. X.

Jin facie utpote ꝑte ul labro ul alia nobi
li ꝑte coꝛpis vuln⁹ fuerit q̄ sui debeat
partē colere per quā iuuek calo: stomaci digestiuus. Fecit nāq; natura colere chistim ut haberet ubi possit congregari: ne tota per corpus dispersa cuz sanguine mēbra sanguinē abhorrerēt. ¶ Nō nālis vo. v. modi sunt. Mā est citrina: vitellina aduста: prassina: z eruginosa. ¶ Citrina z vitellina per flegmatis siūt admixtionē: sed citrina fit per admixtionē subtilis flegmatis. vitellina vo grossi flegmatis mixtione. ¶ Aduста nō nālis colera fit duobus modis. vno q: in seipso in epate nimis adurit: tñ in ipsa aduстione subtiles ptes ipsius a grossis minime segregank: q: sic eēt vna spēs melie nō nālis: de qua dicek aliogn aliq̄ ps aduste melie cuz ea miscek. Est z modus tertius colere aduste qui dicit aduста colera abusiue: qui fit qñ sanguis adurit: nō tñ tātū q̄ faciat meliam in nālē sanguinē: de qua mētionē iferius faciemus. ¶ Prassina vo est colera viridis amara. ¶ Eruginosa vo est sic eruго que est acutissima z corrodēs: de q̄rū ḡiatione diuersa est opinio. Quidā vo ut. G. uolūt q̄ ex cibis calidis z cepis porris sinapis acutis in stomaco ḡnent. Quidam aūt ut Aui. q̄ eoz ꝑma ḡiatio fit in stōco: postea ex epate sic formek. Et isti uolūt q̄ prassina fiat ex vitellina cuz adurit: z eruginosa prouenīat ex aduстione prasine.

¶ Melācolie silr due sunt spēs nālis: z nō nālis: nālis z ipsa est fex sanguinis. cui⁹ color est liuidus: z hēt saporez muçū: mixtū. s. iter dulcedinē z pōticitatē. ¶ Nō aūt ex eius dñio corpus ꝑsegtur est macilētia: z siccitas mēbrorū z tūcturarū fortitudo: nigredo colōris: fortitudo appetitus. ¶ Et qō aīa cōsequit ex ea est memoria z rerū ap prehēsārū retētio/timor/iuidia/fraus/z deceptio tristitia z auaritia. ¶ Cui⁹ ḡiatio. v. hēt utilitates. Prima ut sanguis a suba terrea z pōtica mūdarek. Scōa ut cū sanguine foret ad nutrimētū mēbra que melico sanguine nutriunt. Tertia ut mō debito possit per eius admixtionē sanguinē inspissare. Quarta ut ex ea ps aliq̄ orī stōci mandarek: ut sua pōticitate iciet appetitū: z os stomaci fortificet z ꝑfortet. Et qnta ut splen nutriat: cuius iuuamētuz z anothomiā supi⁹ habuisti. ¶ Melia vo nō nālis est humor: gcūq; fit per aduстionē. Mā sicut optime dicit Aui. ptes grosse subtilib⁹ admixte duob⁹ pñt modis ad iuicē separari. vno per refidētiā: cū corpus. s. mixtū in gete moratur: z ps terrea grossa descēdit ad infimū: z subtilis remanet in supmo. Alio q̄ per aduстionē illud corp⁹ mixtuz sublimak: q: ps subtilis per uaporem ꝑsumik: z grossa remanet sicut cinis. Sic enim inter meliam uerā nālem z nō nālē differūt. Mā nālis fit per refidētiā in qua nulla fuit aduстio. Non nālis vo per aduстionē nimiam ḡnak. ¶ Sūt ergo nō nālis melie que ꝑprie dicunt colā nigra q̄tuor: spēs ꝑm q̄ ab vno quoq; pōt humore cum ad urit ḡnari. Una est cinis sanguinis. Altera colere nālis est. Tertia est flatis. Quarta melie nālis cinis: que ē duobus modis: mā aut est subtilis ualde acris: a qua muscę fugiūt: z si fundak in terra bullit: z est oibus peior: aut est magis grossa: nec est ita acris nec malitiosa: eo q̄ non fit ita contraria membroz compagi z nature.

¶ De sanguine vo duplex est opinio. Mā alig dicūt q̄ q̄z cito sanguis ab eius nāli complone remouek tñ cito forma alicuius humoris alteri⁹ suscipit: q̄re nō faciūt in suis libris de utilitate sanguinis mētionē. Ideo de ipso locut⁹ sum in postremo. alij vo de ipsius diūsitate loquunt z asi apatū ḡiatio: quoz causa de humoribus sum locutus: diuersitatē ꝑbat in sanguine manifestā: sicut in seqn ti poteris videre capło. ¶ Est ergo sanguis alius nālis: alius nō nālis. Nālis est sanguis rubeus clarus non nimis dulcis: oī malo carēs odore z sapore. Nō nālis duobus fit modis. vno q: in sui bullitione seu ḡiatione calorē hābuit debilē: q̄re fuit min⁹ debito rubeus z calidus: aut hūit nimis: q̄re fuit ꝑrūt: aut fuit ex seipso nimis spissus aut ligdus: aliogn miscek cū eo humor alius ad eius nām ipm iclinās: ut colera flegma uel melia: que oia faciūt nām sanguinis uarīare z ad suā reducere nām.

¶ De apostematibus sermo vniuersalis. doctrine secūde. tractatus tertij. Cap. II.

De nomen apostema diuersis modis apud diuersos dicit. Mā alig rudales cyrurgici nō dicūt apa nisi qñ ḡnak sanies: uel credunt in ipso sanē generari. Sed ueritas est q̄ ois eminētia seu inflatio mēbri ꝑter nām siue pua siue magna ꝑprio noīe dicit apostema. Nam sicut dicit Aui. oēs eminētie pue sunt apata pua: sicut magne sunt apata magna. Est ergo apa ois tumor membri uel inflatio que formā mutat nālē: quoz cā mālis est triplex: aut humoralis: alia aquea: alia uētosa. ¶ Humoralis: alia sanguinea: alia colerica: alia flatica: alia melica. Itē istoz humoralīū apatū aliud ex abūdantia humoris fit nālis: aliud humoris nō nālis: z hoc simplr uel cōposite. ¶ Efficiēs vo cā aut est ꝑmittua: seu extrinseca: sicut casus uel pcussio aut vulnus aut aeris alteratio z similia Alia itrinseca que semp est humoz nimia mlitudo: aut aque nimie: aut uēti per viā ꝑgestionis uel deriuationis ¶ Corpus nāq; uel mēbrū cū ledik ab extrinseco: ut solis calore adurēte uel aeris frigiditate cōstringēte ul' nimia siccitate scindēte cōplonē mēbri corrūpit: z ipsi⁹ nālē vtutē debilitat: z dolorē facit: q̄re ibi ꝑcurrūt humores: locū distēdūt: z distēsio addit in dolorē: dolor addit in attractionē spūs z humoz: q̄re in mēbro apa ꝑficit. ¶ Si militer accidit si cadit mēbrū supra lapidē uel rē duram: uel si pcutik cū lapide/uel cū fuste: aut vulnerak: uel si ab aīali pūgik uenenoso. Oēs nāq; cāe iste extrinsece z plures alie apata pñt ḡnare. ¶ Humiditas vo extrīseca apata nō ḡnat nec dolorē nisi per accīs. Mā ita posset humidā in corpe ḡnare mām: q̄ illa intrinseca humiditas augmētata si trahak ad membrum apostema causabit.

Sanguis vo si multiplicak in corpe z nā fortis ad aliqō mēbrū delegabit superfluum sanguinē: aut mēbri debilitas ipm recipiat: faciet apostema: qui quidem sanguis si bonus fuerit q̄q̄ nimis apostema faciet: z dicitur flegmon.

¶ Cui⁹ signa sunt tumor nō itēsus pp similitudinē sanguinis dolor pp plenitudinē mēbri: pulsatio eo q̄ in mēbri pfūdo iundās mā ꝓtinek. Calor pp calitatē māe: aut febris e fimera pp ebullitionē sanguis z dolorē. maxime tēpore quo digestio sanguinis expectak.

Si uero sanguis fuerit tenuis in suba naturali z in ea qualitate calidus faciet herisipilā. nota: eo q̄ quasi naturali colere similatur.

¶ Cuius signa sunt q̄ in superficie spargik membri propter leuitatē: z est caloris ignei pp similitudinē: z si digitū supponeris fit sub digito q̄si albi coloris ꝑpter tenuitatem. Et cum digitū remoues rubedo solita redit: z locus est calidus tactu ꝑpter sanguinis calorem: z eger inflāmationē eandem sentit nimiam z ardorem.

Sanguis autem in substātia naturali grossus: in calore nimio combustus facit apostema qō dicik carbūculus: hoc apostema fit cū hoc abūdat sanguine grosso: z balneak post ciborum repletionē aut laborat/ita q̄ sanguis ad extra mouek: z post sui grossitie z durītie non potest a calore resolui remanēs in cute facit apostema.

¶ Cuius signa sunt durities ꝑpter sanguinis spissitudinē: z loci plenitudinem: rubedo ꝑpter materie colorem: ardor: z incēdium ꝑpter aduстionem. Solent etiam vno multiplicari tempore. febrem quoq; solent cōclusam inducere: aliquando cordis debilitatem z syncopim quando p:ope spiritualia specialiter orīūtur membra ꝑpter materiam combustam que in eius mutatione quandoq; uertitur in uenenum.

Naturalis colera uerā facit herisipilaz. ¶ Cui⁹ signū ē durities pp colē siccitatē:

forma pinearis in mẽbri supficie ꝓpter ignettatẽ:ipsius rubedo colori citrino admixta ꝓpter similitudinem:magna sitis ⁊ incendium ꝓpter colere oñium.

**Flegma** facit apa qđ uocat vndimia seu çimia ꝫ aliquos.ipm est apa molle pp ꝛlatis mollitiẽ:albũ pp eius albedinẽ.Si digitũ impſſeris signum facies fouee pp mollitiẽ ⁊ tenacitatez:que fouea remoto recedit digito.hoc est sine dolore:sed cũ grauitate ẽdam qr nõ est ibi pugna:sed caloris ꝓsentia.

**Melancolia** naturalis facit durum apa qđ uocat ſclros:ab aliis sephyros

¶ Cuius est signũ durities sine sensu pp mãe duritiẽ ⁊ immobilitatẽ:calor cutis colori silis corpis:eo q ꝫ melãcolia nigra sit:tñ ꝓpter eius grossitiẽ nõ põt color ad cutez corporis.ſ.supficiem ꝓsentari.

**Aqua** vo cũ a sanguine discernit:aliqñ nõ põt tota ꝓpter sui multitudinẽ:uel virtutis expulsiue debilitatem:uel viarum nãlium oppilationẽ ad loca debita deriuare:sed in mẽbris relicta natura facit in aliquẽ debilem locũ cõgregari:⁊ fit inde aqueum apostema.

¶ Cui⁹ est signũ q locus lucet:⁊ tẽdit ualde.Et si duos iposueris duarũ manuũ digitos:⁊ mõ vnũ mõ aliũ impſſeris:senties iundationẽ ab vno digito ſb alio redũdare.

**Ventositas** quoq; per debilẽ calorẽ a frigida grossa materia resoluta que ꝓpter caloris debilitatẽ nõ cõsumit in aliquo loco quandoq; ꝛcludit ⁊ apa facit.hoc sepe fit in ore stomaci:⁊ in inguine:⁊ in membrorum pelliculis.

¶ Cui⁹ signũ est q color eius silis est colori totius corpis:⁊ q cũ tãgit inuenit durũ resistẽs tactui sine lesione:⁊ si pcutit sonat.hoc apa multum assimilat aqueo:⁊ ſclroti/co:sed ab aqueo differt:⁊ per iundationẽ que in aqueo sentit sub digitis:⁊ in hoc pura sentit extẽsio sine iundatione.A duro differt:q; durũ resistit tactui digiti cum lesione quadã. Extẽsum vo cum lesione tactui non resistit

¶ Et ut dicit Rasis qui fuerit imaginatus tactum lapidis:⁊ tactum utris de corio pleni uento poterit imaginari duri durities ⁊ extensi.

**De sunt** spẽs ⁊ dñe apatũ simpliciũ que fiũt seu fieri pñt ex simplicib⁹ humorib⁹:ꝫ raro fiãt apostemata pura:sed sicut composite cãe ⁊ signa simplicium:ut possit melius compositoꝝ haberi notitia.

¶ Cõponit nãq; ad apostematis generationẽ sanguis cuz colera.q si plus fuerit ibi de sanguine dicit flegmonides.Si plus de colera dicitur herisipilades:quorum signa per signa simplicium habentur.

¶ Cõponit ẽt sanguis cũ flegmate nãli multũ sepe:⁊ facit apostema qđ videt vndimia:nisi q: in supficie magis rubet:⁊ cũ cõponit cũ flegmate grosso:⁊ cũ melãcolia facit glãdulas ⁊ scrophulas que uenĩũt ad maturationem in parte:⁊ in parte non maturant:⁊ fiunt glandule uel scrophule squamose que dici possunt etiam fistule.

¶ Colera vo mixta cũ ꝛlate facit flegma cursibile.⁊ utplurimũ facit ipm cũ eo currẽ ad ũcturas:de gb⁹ plenaz hẽ bis doctrinam in tractatu de doloribus ũcturarum.

¶ Cõponit etiã flegma grossuz cũ melia:⁊ si vincit ꝛla fiũt inde glãdule simplr:si melia fiũt inde scrophule. ¶ Itez melia sanguis ꝛla ⁊ colera cõponunt ⁊ faciũt antracem: cuius malitia diuersificat ꝑm ipsoz malitiã humorum. Nã qñ humores illi ab eoz nã nõ nimis recedũt mlitez ipsi⁹ accñtia intẽdunt.ꝗuis pp ꝓrioz pugnã ad iuicem semp mala subsequunt accñtia. ¶ Opz si sanguis ⁊ colera nimis fuerint intẽsi ⁊ melia sit de malitiosis:accñtia pessima subseqnt:fiẽ coꝛdis tremor ⁊ sincopis que dicit a laicis somn⁹ grauis.alienatio in getãdo:⁊ aliqñ mors.

¶ Et ei⁹ signa sũt durities fortis:forma pineata:dolor magn⁹.q aliqñ nõ sentit. ¶ Quia.B.dixit q apata cala si nõ sentiunt sũt icurabilia: uene sũt ibi uarie uariꝫq; coloris.In supficie est ꝗsi quedã uesica cineritia que videt trahi ad itra ꝗsi ita ut si traheret cũ filo:ꝫ est de apatibus cõtagiosis que multiplicant in gbusdã regionib⁹ ⁊ qui busdã epidimijs.Oia supradicta apostemata fiũt de naturalibus humoribus tam simplicibus ꝙ compositis.

¶ De humoribus non naturalibus.

**De humoribus** aũt nõ nãlib⁹ hec gñan tur accñtia. ¶ Nam ex ꝛlate coꝛrupto fiũt botia ⁊ testudines:de duro fiũt nodi. de melia fiũt scrophule ⁊ glãdule ut dictũ est.de gb⁹ botijs scrophulis glãdulis ⁊ nodis ꝓpria videbis capitla.

¶ De colera aduſta ⁊ alijs aduſtis humoribus ⁊ coꝛruptis plures fiũt pustule:ꝙrũ alique sunt multũ malitiose ꝫ mãe malitiã. ¶ Fiũt eni ide ignis pficus miliaris formica pruna herpes estiomenus ⁊ cãcer. ¶ Ignis pficus est egritudo in qua sunt multe pustule aq uenenosa plene in circuitu earũ est rubedo citrina totũ occupãs membꝛ:⁊ est cũ magno feruore ⁊ ardore ⁊ ꝫ fit ex colera aduſta tenui nimis. ¶ Miliaris hẽt pustulas ĩstas puulas ut milũ ⁊ nõ est cũ tãto feruore:tñ feruet ⁊ icẽdit:nec locus est ita rubeus:⁊ fit utplurimũ de itẽsione ꝛlatis cum pauca mixta cola. ¶ Formica est pustula vna ualde ferues que facit in supficie crustas:⁊ est ex aduſta cola magis spiſſa.hec ambulãdo coꝛrodũt mẽbri supficiẽ:⁊ est cũ ardore magno. ¶ Pruna ſlr est pustula que fit ex melãcolia aduſta:⁊ hec est nigra uel liuida ⁊ uenit cum malis accñtib⁹ pp malitiã uenenositatis:⁊ est timẽda maxime cũ uenit ꝑpe nobilia mẽbra. ¶ Herpes estiomenus iterptat seipm coꝛrodẽs:⁊ hoc fit modis plurib⁹.fit enim ex admixtione cole aduſte spiſſe:⁊ aduſtione melie nõ nãlis aduſte subtilis:que mẽbrũ aliqđ occupãt in pfundo:que de sua nã sunt coꝛosiue ⁊ iflãmatiue:⁊ pp earuz malitiã mẽbrũ dissipãt ⁊ coꝛrodũt. ¶ Fit ẽt qñ male pustule pdicte in mẽbri uenĩũt supficie coꝛrodẽtes sicut formica. ¶ Pruna ⁊ alie cũ humidis curank cataplasmatibus ipsarũ malitiã augmẽtãtib⁹. ¶ Et fit cũ mẽbꝛuz aliqđ frãgit:⁊ cũ per idiscretũ medicũ nimtũ stringit:maxime qñ cũ fractura magna fuerit carnis ⁊ mẽbꝛoꝛ cõsimiltũ coꝛrosio:cũ ligamintib⁹ fortib⁹ astellis ⁊ bindis tegit:ita q fumi coꝛrupti nõ pñt exteri⁹ exhalare:ꝙre mẽbri cõplo coꝛrũpit atq; forma. ¶ Et fit ex uenenosorum aialiũ pũctura.Cui nõ cito succurrit:sed ꝓpe mẽbrũ coꝛrũpi pmittit a ueneno. ¶ Fit etiã qñ qs extremitates exponit nimis frigori madefactas:sicut gbusdã accidit ttinerãtib⁹:maxime cũ egtãt tpe frigoris:⁊ trãseũt flumia in gbus madefiũt pedes ⁊ postea frigori itẽso exponuntur:q: cõplo peduz coꝛrũpit:ꝙre moꝛtue partes cadunt. ¶ Hãc egritudinẽ qdã uocãt cãcrũ:qdã lupũ:qdã ut in frãcia malũ nre dñe:qdã vo lombardoꝝ uocãt ignẽ sancti Antonij:qdã herisipilã mãducãtẽ.Sed de diũsis tibi noib⁹ nõ fit cura. ¶ Sed signũ hui⁹ egritudis est mẽbri dissipatio:⁊ coꝛrosio cũ cõbustione ⁊ nigredine circũstãtiũ ptiũ:⁊ cũ fetore hoꝛribili:ꝙlis feto: ꝓuenit cadauerib⁹ dieb⁹ plurib⁹ moꝛtuis. ¶ Ante vo ꝙz cutis ulceref nõ feteꝛ:sed locus nigrescit uel liuescit. ¶ Et si locũ cum digito palpaueris inuenies carnes coꝛruptas tuis digitis fugere.Si digitum etiam in membꝛo infiges locum coꝛruptum inuenies manifeste.

¶ Cancer est apa uehemẽs ex melia ꝓuenies coꝛrupta:q modis est duob⁹:nõ ulceratꝰ:⁊ ulceratꝰ.Si ulceratꝰ duobus fit modis.vno a se nascẽdo ex coꝛrupta melia ab ipso ꝓncipio:⁊ icipit appere ad modũ lẽticule uel lupini:⁊ augẽ ꝓtinue cũ ꝙdã ardore.q gdẽ ardoꝛ ⁊ doloꝛ crescit:sicut crescit egritudo:nec in ꝓncipio sue nativitatis de leui cogscit:ꝫ postꝙz est auctꝰ de leui cognoscit:nã ẽ uarij coloris:⁊ hẽt uenas uarias:ꝙrũ alia ẽ liuida:alia purpurea: alia viridis:que plene sũt mã colice coꝛrupta dtũsa:⁊ doleꝛ:⁊ ẽ tactu duꝛ⁹:⁊ qñ eũ tãgis ⁊ cõprimis magis ei⁹ augmẽtat malitia:ꝫ libẽtioꝛ nasci solet i locis glãdulosis:ut i collo mamilla ſb auribꝰ ⁊ locis alijs glãduloſ.Hũc vidi

magnū sup̄ spōdiles colli. ¶Hūc vidi magnū sub aure occupās totā. Hunc vidi in pectore pluries: z multotiēs in manib⁹. ¶Fit ēt cācer ꝙuertēdo cū apa duruz qđ ex mekia nāli fit: ut est dictū cū emplis calis nitīt maturari. Nā sic ad illud attrahīt mā colica z subtilis que illā grossam mām calefacit mitēdit z corrūpit: qua corrupta locus corrūpit z apa trāsit in cācrū. ¶Ulcerat⁹ cancer puenit qñ ulcerat apa cācrosum. Et puenit qñ dura apata glandulosa in aliq̄ sut pte pp violētiā maturatiuā medicamis corrūpunt: z in supficie ulcerant: z id nō obedit maturationi: qđ est positū in pfundo. Si ulcus id iduratr: z eius labia igrossant in ulcus ꝙtīt cācrosum: z fit ex malis ulcerib⁹ idiscrete curatis: sic de esthiomeno herpete est pdictū. ¶Hui⁹ ulcerati cācri signa sūt posita in tractatu primo in capło ppo in quo de ulcerato cācro fecim⁹ mētionē. Cūctis ēt signis apatū excussis breuiter: z eoz differētijs ueniam⁹ ad curā sm auctoz doctrinā z usuz nr̄m.

**Cura** Curā apatū aliq reducūt ad bimēbrē diuisionē: nā vnā ponūt curā calidoz z aliā frigidoz Et lz hoc in quo mō cōpēdioso secuti fuerim⁹. In isto in quo plus ad vnguēres discutit: vntuscuiusq̄ breuiter distinguamus q̄sdā qōnes: z gīales regulas ꝑponendo. ¶Prima regula quā opz te supponē est: qđ nullū apa ꝑuenit ex interiori cā nisi cū corpis plenitudine: cū vo causa exteriori in corpe mūdo pōt facē apa. ¶Scda regula. Est qđ si potes apa curare absq̄ eo qđ ibi ulc⁹ fiat nunq̄ ꝓcedas illis qui dicūt qđ bonū est qđ in oi apate fiat ulcus. ¶Tertia regula. Est qđ oē apa aut resoluit uel repcutit: aut uenit ad exiturā. i. ad saniei gīationē: aut indurat: z in sclirosim ꝙuertit. ¶Ergo ꝓsidera utruz apa sit ex cā itrinseca: uel extriseca. Si itrinseca semp precedat euacuatio: anteq̄ ibi ponas nec repcussiuū: nec resoluti uū: nec maturatiuū. Nā repcussiuū nō pōt totā expellere mām q̄uis in ꝑncipio dolorē aliquātulū appositum mitiget: tñ idurat māz nō repulsaz: que postea mota maiores iſert dolores: z eger diutiꝰ cruciat. Resolutiuuz in nō mūdo corpe plus attrahit q̄z dissoluat: maturatiuū q̄z augmētat apa si corpꝰ mūdū nō fuerit: z facit aliqñ mām apatis furiosam. Qualr vo mās purgabis diūsas in capitulo de allopitia quere: z in capło uēturo de doloribus iūcturarū. Eodē mō ꝓcedas in apatibus ab exteriori factis. ¶Tu si corpꝰ cognoueris eē plectoricuz semp̄q̄ fit tua itētio trahē mām ad diū sum: ita qđ apa icipiēte i ore nunq̄ facies gargarisma. In ano quoq̄ icipiēte nunq̄ adhibeas solutiuū. Nec si apa fieri incipit in mr̄ice: nunq̄ nitaris mēstrua ꝓuocare: sed semp ducas ad oppositū. ut si fiat in supiorib⁹ da catarticū: si in iferiorib⁹ medicinā adhibe iduratiuā. ¶Purgata mā calidoz curā icipias apatū: si fueris in ꝑncipio cū repcussiuo nisi vna cārū que repcussionē fieri ꝓhibēt ꝓdicat. Que sunt. x. Prima est plenitudo corpis: de quo iā dictū est. Scda est humoris furiositas: z uenenositas. Tertia humoris grossities z cōpactio. Quarta si apa fuerit apud mēbrū nobile ut si sit in aure: uel mamillaruz loco: uel doꝛso superiori. Quinta si ueniat in emūctorijs: z gula. sub aure est emūctoriꝰ locus cerebri: sub asselis locus emūctorius cordis z iguina nutritiuoz locus emūctoriꝰ. Sexta si fiat in puero. Septima si fiat in senio. Octaua si fiat in ꝙualescēte. Nona si fuerit apa creticū. Decima si mā per viā fiat deriuationis a mēbro uentes nobiliz ad mēbri locū ignobilis expellat. Nullo istoz. x. casuū ꝓhibēte secure cal'm repcutias apa per modū quē in antidotario de repcussiuis repies medicinis. ¶Colericū tñ apa securius puris repcutias medicinis. Sāguinē vo cū matori cautela cū repcussiuis de dissolutiuis aliqđ admiscēdo. Ita qđ i ꝑncipio repcussiua multū vincāt: in augmēto minus: in statu eq̄liter: in declinatione puris resolutiuis utaris. Sed colericū apa uel qđ ex sanguie fit subtili nō repcutit solū ita cū resolutiuis: qñ illa mā nō fit petra: sed in sanguineo aliquotiēs idurat cū subtile ipsiꝰ resolutr: z grossuz remanet. q̄re tpe resolutis ēt mollificatiuis iterdū idiget medicinis: maxime cuz eo aliqđ māe flatice sit admixtum. ¶Si vo nō potes sanguinē nec resoluē nec repcutē: si incipit in eo sanies fieri collectio: tūc maturatiuum adhibe medicamen: donec apa fuerit maturatū. De repcussiuis resolutiuis mollificatiuis z maturatiuis z de mō admīstrādi plena doctrina in antidotario repit. ¶Maturato apate: qđ cognoscit pp doloris sedationē: z loci mollitiē: z qđ sentis sub digito cū tāgis santē iundātē: locū cuz sagittella apias: in ope tuo gnque itētiones nēcias supponendo. ¶Prima qđ nunq̄ apiat nisi qñ fuerit pfecte maturum: nisi mā eēt ad mēbri corruptionē pata: uel eēt apa ꝑpe mēbra nobilia uel tūcturas: aut eēt in ano: quia tūc lz melꝰ sit pfectā maturitatē in aliis casibꝰ expectare: tñ in his casibꝰ opz nos cū icisione nōdū cōpleta sanie p̄uenire. ¶Scda qđ facias apitionē ubi mā magis depēdet: z ubi pellis est magis tenuis. ¶Tertia qđ caueas in tua opatione ne neruū ledas arteriā aut uenā. ¶Quarta qđ nō totā vna vice mām euacues maxime cū mā mlta fuerit: z apa fuerit ualde magnuz. ¶Quinta qđ semp tuā facias sm mēbri lōgitudinē aptūrā. ¶Aptura facta potes ulcus curare sm doctrinam tibi traditā: ubi locuti fuim⁹ de curis ulcerū virulētoz: uel totū ulcus ipleas de pāno lineo ueteri albo: z suppone usq̄ ad. iij. dies mundificatiuū de vitellis ouoz z farina. post tres dies cū vnguēto aplox: z vno de mūdificatiuis dicēdis in antidotario: z cum regeneratiuis: z facientibus cicatricem.

¶Colericū vo raro uenit ad saniē: nisi mā per aliquā q̄litatē extraneā corrūpat: z tūc cito ulcerat: nec ad pforationē idiget istro. aptū vo curat ut sanguineū: nisi qđ frigi-

¶Carbūculus curat ut antrax ⌊diotib⁹ idiget medicis: cuius curam audies ualde cito.

¶Undimia ꝑprie nō repcutit: sed si succurrit ei in ꝑncipio totalr ꝙsumit qđ nō ad collectionē uenit saniei. Ergo purga cū troctisco de turbit: uel medicina alia flegmatis purgatiua: postea mēbrū euapora cū aq̄ decoctionis absinthij abrotani sticados sgnāti cōpositoz uel simplicium. ¶Et. ℞. cinerē quercus: aut vitis: z fac ide lixiniū: z pānos ide madefacias: z calidos suppone: z liga mē li ga stricte qđ totū apostema cōtineat: z sic oīno resolutr: quontā sic materia deficcat. ¶Si vo de sanguine aliqđ esset admixtū: aut apponeret ibi medicamē maturatiuū uel diuturnitatē densum tpis corrūperet: materia tūc in saniem cōuertit: z tūc dolet ꝑpter caliditatē extraneā ac qutitā: tūc apertr: z nullo modo expectet eius crepatio quontā per se nullo mō crepat: sed quotidie plus corrūpit: z in his matorē facias aptūrā. ¶Hoc apostema cuz est aptū fortiori indiget mūdificatione: z maiori exiccatione ꝑpter grossitiē saniei. Curat tñ sm qđ curant ulcera cū mūdificatiuis z regeneratiuis medicinis.

¶Apostema durū curat cum resolutiuis z mollificatiuis medicinis: ita qđ modo resoluas: modo mollifices: ne si cum puris infistas resoluētibus subtile resoluat: z grossa materia fiat lapis: neq̄ calidū adhibeas medicamē ne inflāmet: uel alia ad locū noua materia trahat a longe: que durū apostema faciat inflāmari: qđ cito mutaret in cancrū: sltr si maturatiuū adhiberes qđ mām corrumperet. Ergo cū tēperatis resolue medicinis: postea mollifica: postea resolue. uel utaris cōpositis cū gbus cū resolutione mollificatio cōponat: qđ facit Rasis medicamen: cum quo cōuenit Aut. qđ. ℞. galbani bdelij oppopona/cis. aū. partes equales mollifica in oleo de lilio: z in mortario optime pista. deinde addas mucillagines fenugreci z seminis lini quātum sunt omnia alia z optime misceantur: z fiat emplastrū sup apostema durū cum hoc solo: uel cū admixtione ficuū ficcarū pinguiū donec mollificatū penitus resoluat: hec enim medicina durū apa sine iflāmatiōe mollificat z resoluit ꝑra q̄z alia medicamina

mollificatiua ꝛ resolutiua in antidotario sunt tradenda.
¶ Aquosum apostema curat sicut vndimia: nisi ꝙ sicciorib⁹ idiget medicinis. Et curat ꝑm doctrinā per quam mēbrū nimis grossum diximus in ꝓprio capło tenuari.
¶ Uētosuꝫ curat cū medicinis subtiliātib⁹ ꝛ uētositatē cōsumētib⁹ tā ituꝫ q̄z extra. ituꝫ: ut usu cimini ꝛ carui ꝛ cauēdo a legumib⁹ ꝛ reb⁹ iflatiuis. Extra cū oleis uētositatē carminātib⁹: uel cū oleo qđ. ℞. ruthe cimini seminuꝫ fenic. ani. carui ameos ꝛ apij. aā. ʒ. ſ. olei antiqui lb. ſ. ponant oia in fiala vitrea: ꝛ fiala ponat in alio uase bullientis aque: ꝛ bulliat ita ꝙ oleū bulliat usq̄z ad succositatis ruthe ꝙsūptionē: ꝛ ex illo oleo locus vngatur calido.
¶ Itē. ℞. calcē viuā ꝛ distēpera cū vino dulci: ꝛ fiat sic lutū:
¶ Itē. ℞. olei anetini. ʒ. ij. cere. ʒ. ſ. ysopi ℔ ꝛ pone desup. ficce puluerizate. ʒ. j. fiat sicut emplastrum.

Hucusq̄z curas posuim⁹ simpliciū aꝑatū ꝛ per illas hēri potes cōpositoꝝ curā. ¶ Mā herisipilades uel flemonides cū eisdē medicinis curātur: quibus herisipila ꝛ flegmon si cure taliter cōponant.
¶ Itē glādule ꝛ scrophle curā i ꝓpo de scrophul dicem⁹ c⁰
¶ Antrax vo curat cū eūone nociue māe ꝛ cū reb⁹ cor cōfortātib⁹ ꝛ vtutē. Tñ qñ in his aꝑatib⁹ cito ab ipso ꝓncipio aliqñ cadit vtus: ꝛ aliqñ flōmati uel euacuati pierūt: imo multi timēt flōmare uel solutiua ꝓbere medicamia Ego vo fortē exīte nā in die flōmaui ꝛ in eadē nocte medicinā dedi solutiuā ꝛ tuui aliquos despatos: uerum qñ virt⁹ cadit ꝛ tremor cordis est ꝓnus ꝛ pulsus cadit tūc est fatuitas flōmare uel eūare: qñ cura tūc relinquetur soli deo: uerū ꝙ aliqb⁹ thiriacā dedi matorē tam ipsis exūtibus sine pulsu postea reuixerūt. Quare ubi pono curaꝫ narratoriā quā cuidā gallico stipēdiario in ciuitate feci Mediolani: ut in aliis tibi filib⁹ sit exēplū. ¶ Cuidā iuueni. xxx. annoꝝ uenit antrax ex dextra pte colli: cui⁹ malitia ꝛ cū ꝓmo vidi: tā adeo fuerat augmētata: ꝙ totū collū ꝛ gula adeo iflāmata fuerāt: ꝙ mētū ꝛ spatule parū a colli grossitie differebāt: tñ virtutē in eo iuueni ualidā. Egritudinē cognoui per quādā ueiculā: que ex colli pte dextra fuerat orta: que fuerat ꝓncipiū egritudinis: cū tamen vnus magn⁹ ꝛ famosus phisicus ipsam egritudinē minime cognouisset: ipm ex duob⁹ brachijs flōmari fecit: satis exhēs inde de sanguine: ꝛ intūxit ei dietā sicut si febrem acutissimā pateret. ¶ In matutinis noctis illi⁹ diei dedi sibi bonā dosim de colatura fructuū mirabolanoꝝ citri noꝝ. que qdē medicina in capło de allopitia declaratur.
¶ Supra locū ubi erat uesica scabiosam posui tritā cuz assungia. Mā illi medicine nullā parē iueni. Nō ille valde solut⁹ fuit ꝛ feruor ꝛ incēdiū diminut⁹: tū locus nō minuebat iflatus: ꝛ virt⁹ nō solū diminuta nō fuit per euacuationes: sed fuit q̄si incredibiliꝫ roborata. ¶ In crastino iterū sanguinē ex vno brachio ꝓuocaui ꝛ in crastino medicinā in minori q̄ntitate iterau: ꝛ tūc tumor fuit maxime diminut⁹. ꝛ in loco ubi fuit pustula quedam uenit crusta nigerrima sicut si eēt ab igne cōbusta fortissime locū occupās ꝑm tritū policū q̄ntitatem. post paucos dies crusta illa fuit subleuata: ꝛ eger malis caruit accītibus: ꝛ factū fuit in loco sola egritudinis malitia vnū ulcus ꝓfundū: per qđ videbā cānā pulmonis ꝛ uenas organicas: ꝛ per qđ totū manipulū infigebā. ¶ Ergo post oium accidētiū remotionē intēdi ad illū egrū cibis bonis nutriendū ꝛ ad ulcus mūdificādū ꝛ sanādū: donec per dei graz fuit restitut⁹ integre sanitati. ¶ In quo quoq̄z meo cōpēdio narrat ꝙ nūc de exhibitione matoris accidit thiriace: ꝛ que fit illa scabiosa que ponit oz sup antracem: ꝛ quō emplm ꝓfortatiuū in cordis ponat regione. Illū ꝙ libellū cū hoc tūgas libroꝝ ꝛ hēbis huius māe curā plenam.
¶ Pustule que fiūt ex humorib⁹ corruptis ꝛ ignis pficus miliaris formica ꝛ pruna: eādē hñt localē curā post euacuationē que semp ꝓcedē oz cū medicina que coleraz ꝛ melliam sil euacuat. Maz hec purgat humores adustos: nec est malū addē quedā simplicia que de ꝓpetate purgāt adustos humores: sicut fumusterre: cuscute: lapatiuz acutū: sene: absinthiū: ꝛ filia. ¶ Itē nō euacuet medicina que daf in pustulis his a medicinis coꝝ cōfortātibus ne per medicinā uenenū trahaf ad coꝝ. ¶ Cura ꝙo localis est cū his que frigidāt supl locū ꝛ circa anteq̄z fuerit ulcerata: q: post ulcerationē nō idiget nisi forti exiccatione supa locū: sicut in cura ulcerū est narratū. Sed in circuitu ponunt frigida donec cura sit totaliꝫ ꝓfecta. ¶ Si ꝓaua supuenīūt accītia succurrat cū ꝓfortatione cordis ꝛ eis que dicta sunt in antrace. Aliqñ sup omnia adiuuat prunam ꝛ formicam urere. nam cauterū cum igne totā illā coꝝruptam mām ꝛ uenenosam extrahit ꝛ consumit.
¶ Herpes est omen⁹ curat post purgationez māe quam semp itēdo debē ꝓcedē. uerū si fortis fuerit virtus. si aūt nō: euatio nunq̄z fiat. Sz ponēdo supl locū sanū iuxē egritudinē defensiuū de bolo ar. terra sigillata: oleo ro. ꝛ aceto. Istud nāq̄z defensiuū ut dicit Aui. ꝛ per me multotiens seu millesies est cōprobatū ꝛ exptū: oē mēbrū a coꝝruptione defendit ꝛ nō pmittit corrosionē ulteri⁹ ambulare. ¶ Supra coꝝruptū locū ꝛ mortuū ponas ferrū ignitū ꝛ cū eo pluries iterato partes oēs remoue coꝝruptas. Uel hoc facias cū medicamine coꝝrosiuo: sed ferrū candēs est melius. Remoto coꝝrupto mūdifica cū mundificatiuo de succo apij cui addas aliquātulum mirre. loco bene mundificato incarna ꝛ ultimo cicatriça.
¶ De aꝑatib⁹ que fiūt in capite: ꝛ de aq̄ cōgregata in capitibus puerox. doctrine tertie tractat⁹ tertij. Cap. III.

q Quis de aꝑatib⁹ sermonē fecerimus gñalē. tū aꝑatū cure ꝑm diuersa coꝝpis mēbra multotiēs dūsank: ideo de cura quorūdā aꝑatū gbusdā uenientiū locis capitulū facio.
¶ Dico ergo ꝙ in cute capitis diūsa fiūt aꝑata. Maz fiūt ibi aꝑata a subtili flate uel ab alia flatis spē ut mucillaginosi ꝛ pulmosi: ꝛ est sic cāceros⁹ botij erut dictū. Et dicuntur tapinaria uel talpinaria: qñ sicut talpa inter duas cutes terre cōcauat: ita ista egritudo nascit iter cutē ꝛ carnē. dicunt ēt testudines a testudine aiali per filitudinez. nascunt alia de flate duro que sunt nodi. ¶ Uidi q̄z cranei manifestas eminētias sicut coꝝnu. Mā vidi hoiem qui uenit ad me pro cōsilio ꝙ hēbat in capite. 7. eminētias vnaz alia matorē ꝛ in diūsis locis: q̄rum aliq̄ erat ita magna ꝛ acuta sicut coꝝnu caꝑolt uel lōgitudis policis: ꝛ multū lebāt cutē: ꝛ mirat⁹ fui quō cutis nō fuerat ulcerata. Luz ꝙ vidi qđ hēbat a craneo suā originē ꝛ radicē nō me uolui de cura itromittē: sed egro cōsului ne se poneret i manu alicui⁹ ꝓp curā: qñ mihi ꝓssibile videbat. ¶ Accidit ēt ꝙdā pueris nasci cū capite aq̄ pleno. Aq̄ nanq̄z ꝑmo gñatiōis tpe multiplicat mulieri⁹ aliq̄b⁹ in mrice ꝛ puer iacet in mrice sicut sciuisti capite supl genua inclinato. q̄re humiditas illa locū pendētē iuenies spatiosuz in fontis capite ꝙgregat. q̄re cū maximo nascunt labore Et aliquādo anteq̄z ꝓssit aliqd boni fieri moriunt.

Cura oium aꝑatū capitis est si fuerint ex mā iaz coꝝrupta uel ligda ꝙ nunq̄z itēdas ad desiccationē uel resolōnē cū mollificatiuis: q̄uis fieri debē dixeri de aꝑatib⁹ flaticis in capło gñali: q: sic posset craneū infice ligda mā ul coꝝrupta q̄re si mā nō ē matura maturet nō tū ultie: q: aplat ꝟz figurā triāguli sic.



Qñ illa aꝑata capitis ꝓp cutis grossitiez ꝛ porositatē nō bñ mūdificank nisi vulnera sint adeo magna ꝙ mūdificatio ueniat ad ꝓfundum. ¶ Facta incisione euacuetur mā ꝛ impleat loc⁹ vndiq̄z filis uel coto ifusis in oleo ros. in quo alumen infusum fuerit q̄ccarinū: donec locus in ꝓfundo fuerit bñ mūdificatus. Postea cū vnguēto aplox ꝛ aliis icarnatiuis curet ꝑm doctrinā ulcerum alioꝝ. ¶ Modus curat scindēdo cutem ꝑm incessum capilloꝝ ꝑm lōgitudinem ꝛ extrahēdo eum totum cū su-

folliculo. Et si aliqd de nodo uel eius folliculo remanserit cum vnguēto viridi uel puluere affodilloꝝ ul'alio leui corrosiuo corrodat. postea regenera. postea cicatriça.
¶ Si vo nodus capitis cū ipso craneo magnā haberet coherētiā ita q̄ arbitreris ipm cū dura mr̄e cōnexuz: tūc q̄uis ponāt alig illā curā: mihi tñ videret melius ut ipsam penit⁹ dimittamus. ¶ Aq̄ que ꝯgregat in capitib⁹ pueroꝝ aut est inter craneū adeo tātū piculosa videt q̄ mihi videt curā dimittē deo. Que vo extra: curat vngēdo caput cū oleo de camomilla: z sulfure puluriçato ita q̄ ptes olei sint q̄tuor: q: pars vna ponit sulfuris. ¶ Deinde fiāt tria cauteria vnū iter cōmissurā coronalē z frōtē: z vnū in collo in fontinella: z aliud aliquātulū supius supra locū cellule posterius: hec enim cauteria cū p̄dicta vnctione deficcāt maturāt z consumunt.

¶ De apostemate sub radice auris. doctrine secunde tractatus tertij. Caꝑ. IIII.

a **Postema** qd̄ fit i auris radice aliqñ fit per viā crisis qñ nā nō pōt ꝓpter eius debilitatē uel māe multitudinez uel grossitiē ipsam expellere uel per sudorē uel per aliquā euacuationē aliā que crisim bonā faciat z cōpletam faciēs qd̄ pōt expellit illā ad locū debile z spatiosum. aliqñ fit apostema nō per viā crisis: sed qñ a capite mā ibi deriuat: uel inferi⁹ supra expellit: neq; caput nobile mēbrū ipsaz recipit sed ib aure morat z ibi gīnat apostema.
¶ Hoc apostema piculosum est ꝓpter capitis ꝓpinquitē z loci sensibilitatē z uenarū arteriarū in feltrationē mr̄ tiplicē neruoꝝ. Huiusmodi enim apostema sepe interfi cit qñ eius accūtia specialr̄ intēdunt. ¶ Huius aūt apatis mā sāguis est aut colera aut flegma aut lz raro melia que omnia per signa supius distinguunt.

**Curā** aūt huius apatis non opz a repcussiuis incipe sed ab euaporatiuis anodinis mitigatis z mārū eductis. Mā repcussio mām ad mēbrū repellet ꝑncipale. euapora locū egrotū cū aq̄ cal'a decoctionis camomille: postea de eodē vnge oleo z lanā succidam: nec dimittas qn semp ponas in aure oleū amigdalarū amararū: qñ est maxime luuatiuū. ¶ Si vo mā eēt in p̄fūdo valde: z eēt eductionis difficilis nō eēt malū adhibē uētosam: ut educere mām adiuuaret: z postea resoluē z līnire z dolorē sicut diximus mitigare. ¶ Si vo sic materia nō resoluit sed icipit in eo sanies fieri: tūc cū tēperatis maturatiuis nō nimis calidis maturef: quo matu rato loci nō expectef aptio: lz caute cū sagitella locus apiat que gdē ad locū usq; ubi est cōgregata sanies: que si i p̄fundo fuerit impellat. Tñ caue ne neruū ibi tāgas: arteriā: aut uenā. ¶ Mā ex hoc magnū aliqñ piculū fit ꝓpter sanguinis exitū ꝓpter uenas: eo q̄ sepe ibi qdā neruus tāgit reuerfiuus: cuius icisione uel pūctura fit eger in ppetuo fine uoce. Apto loco mūdificef cū medicinis mūdificātib⁹ dicēdis in antidotario: que cū sint mūdificatis coibus sicciora facta: pfecta mūdificatione incarnetur locus z exsiccatissime sigillef. nam sepe fistulā pariunt per incautā curam apostemata huius loci.

¶ De apostematibus colli z gule. doctrine secunde tractatus tertij. Caꝑ. V.

b **Orum** apata locoꝝ aut in lacertis fiunt exterioribus: ita q̄ de mā nihil trāsit ad intra: aut in lacertis fiūt interioribꝰ: aut in ipsa suba merī: aut in q̄dā fiūt ꝓcauitate que est inter cānā pulmonis z ysophagū in loco qui dicit hismon: z sunt utplurimū sanguinea z sepe flegmatica rarius colerica z rarissime melica. ¶ Humoris abūdātia distinguit per signa supius assignata. ¶ Qz aūt mā in lacertis cōtineat exteriorib⁹ cognoscit per apatis appentiā: z trāsglutio uel aeris attractio nullaten⁹ ipedit. ¶ Qz autem mā in lacertis sit iteriorib⁹ cognoscit eo q̄ ps tumoris appet extra: q̄ cū difficultate trāsglutit. ¶ Qz aūt mā sit i hismon siue itra cognoscit eo q̄ de tumore extra aliqd nō appet: z q: eger nō pōt trāsglutire: z q̄ vix respirat z expirat. Et si accūtia huiꝰ apatis intēdunt oculi foris emi nēt: linguā in ore ꝓtinere nō ꝑñt: nec ullo mō loqui ꝑñt: z spūm emittūt per os: lacerti pectoris ualde laborando salire videnf. Tūc nō est necessariū medico dicere nisi: dñe miserere iſti. ¶ Verū est q̄ aliq audaces lignuz aliqd̄ violēter infixerūt in gutture usq; ad locū apatis ipellētes apa ruperūt: ārē fuerūt a morte subito liberati. Sz talis opatio ab ifamia nō est tuta: qñ inter manus medici opantis taliter plurimi moriunt: quoꝝ mors nō egritudini: sed medico imputaf. ¶ Illa vo spēs occulta in q̄ nō tātū accūtia sunt intēsa non est tātum piculosa.

**Curatio** Cū egritudo incipit: si fit cola cū flōmia basilice: z si fuerit tā plurib⁹ diēb⁹ incepta: q: uocat⁹ a ꝓncipio nō fuisti: cum flōmia mediane: que gdē flōmia fieri oz usq; ad sincopim: maxime si corpus forte fuerit z carnosum. Sequēti die fiat minutio de uenis que sunt sub lingua. Nec ullo mō audias cōsiliuz illoꝝ qui ꝓcipiūt icipe a uenarum lingue fl ōmia: qñ ex flōmia ipsarū si flōmia basilice uel mediane non ꝓcedat accidit sepe q̄ eger subito maxime si fuerit plectoric⁹ suffocaf. ¶ Facta flōmia det ad gargariçādū aq̄ decoctionis rosarū sumach balaustiarū lētū z galliarū cuz qua fit distēperatū oxamoron: aut gargariçet stercus hirūdinū distēperatū cū ydromelle: aut sterc⁹ passerū uel gallorū: aut stercus canis comedētis ossa solū: z stercus pueri lactētis deficcatū. ¶ Itē. ℞. stercoris canis solū ossa comedētis gallarū saturegie ptes eq̄les. fiat puluis: z cuz aqua mellis distēperat⁹ fiat gargarism⁹. ¶ Aquā bibat ordei: nihilq; comedat nisi cādarusum factū de furfure in hūc modū. ℞. furfuris de tritico recētis vnā scutellā z coopi aq̄ cal'. z pmitte stuffari per horā. Postea tere in mortario cū pistello z cola. Colaturā bñ decoque cuz modico sale z egro cū penidijs administrabis. ¶ Si vo comestionis hora trāsglutire nō posset in colli fontanella puā pone uētosam cū igne: q: tūc trāsglutiet dū uētosa locuz ibi amplitās pmanebit. ¶ Gula tota exteri⁹ z collū cuz oleo vngaf de camomil. z supꝑ vnctura lana ponatur succida.
¶ Donaf utilr̄ emplr̄m factū de nido hirundinis: qd̄ est cōe signātie seu apatib⁹ gutturis z colli cuiuslibet spēi signā. qd̄ cōponit per hūc modū. ℞. nidū hirūdis z fac illū in aq̄ diu bullire. postea cū cribro raro cola ut grosse pallee abūcianf: terreū suaue qd̄ relingtur retineaf z in alia aq̄ bullīat radix lilij / radix bismal. radix brionie / fol. malua. z viol. z pitarie. que bullita pistenf optime a pte grossa vni⁹ cultelli sup aspidē z cū aq̄ hirūdis incorpef fermentū bñ acre z farina se. lini z addanf herbe pistate z oleuz cōe uel assungia porc. sine sale z bulliat totū sil'. z ꝓficiatur z fiat empl'm. Hoc enim empl'm miraculose resoluit uel maturat squinātiā siue sit itus siue sit ex si extēdat super pānū z ponaf calidū circa gulā. ¶ Valet ēt colli iunctio cū oleo de camo. mixto cū butyro ueteri nō salato si cuz lana succida iuoluaf. ¶ Bonū est ēt si apa fuerit iterius aut maior ei⁹ ps cū tps ꝓlōgaf q̄ nō repcutif nec resolui ut in maturatiuis gargarismatib⁹ ut ℞. ficus sic. semalue / se. lini: coque in aq̄ z gargariçēt. ¶ Aut aq̄ ficuū cū butyro z vino mixta que maturat oē itrinsecū apa siue in gutture siue in stōco siue in itestinis fuerit gīnatuz.
¶ Cū aūt illud maturū cognoueris z cognoscit per doloris mitigatiōnē z accūtiū z febris si fuerit appens extra cū sagitella illud ꝑfora: neruoꝝ cauēdo lesionē arteriarū z uenarū. Post aptura mūdificef cū mūdificatiuis in antidotario noiandis. ¶ Si fuerit itra nec rūpaf cū gargarismate ꝓdicto de butyro: ficuū: aq̄ z vino rūpaf cū ingenio subtili Halitab. s. cū gargarismate stipticoꝝ: sic decoctiōis gallarū / acatie / psidiarū / balaustiarū / alumis tamen: qñ hec ptes loci ꝯhūt: z apa crepaf. ¶ Rupto apate sanieq; foras educta cū aq̄ cala: in qua dissoluaf butyrū

ꝛ oleū violaceū donec sanies tota fuerit expulsa. ¶Postea cū aq̄ decoctiōis ligritie: yreos: tamarisci: fac gargarisma. Valet ēt vitellorū ouorū sorbitio. ¶Si vo mā fuerit frigida minus repcutiat: ꝛ calidiorib⁹ gargarismis est utēdum. ¶Et post apertionē fortiori idiget absterſione cū mūdificatiuis: in qb⁹ sit aligd de mirra ꝛ sarcocolla: ꝑm q̄ in cap⁹ de mundificatiuis in antidotario continetur. ¶Aliquādo qdē ꝓpter reuma descēdēs a capite nascūtur in radice lingue ab utraq; pte quedā excrescētie. que vident quasi amigdale: que tracheā impediūt arteriā: ut anxia fiat aeris attractio ꝛ emissio que curant cū ꝑdictis medicinis: ꝛ per ꝑdictū modū eūando: repercutiēdo: resoluēdo: ꝛ per oxdinē maturādo. ¶Et q̄n bona cassuꝫ narratio multū corroborat operantē. ponam in hoc loco qđ mihi accidit in ciuitate ☙Mediolani de quadam dña qn quagenaria: gnta: que habuit squinātiā flegmaticam: que totā occupauit gulā intus ꝛ extra: ita q̄ extra tumor maximus apparebat: ꝛ cū hoc nō loquebat: nec poterat trāsglutire: hec fuit in cura cuiusdā iuuenis mei scolaris per plures dies. de malo in peius quotidie procedebat. Tūc quasi in casu desperationis sui uocat⁹: ꝛ inueni eā in statu pessimo: q; plurib⁹ nō comederat dieb⁹: nec audebat dormire: q; timebat subito suffocari. Tūc tāgēs pulsum ipm in ultima iueni debilitate. Tāgēs locum corruptū sensi mām in ꝓfundū: qđ cognoscēs cognoui q̄ potu⁹ suffocaret q̄z exteri⁹ apa uel iteri⁹ rūperet. Tunc mihi ꝓparaui rasorīū ꝛ locū palpās cū digitis inueni maturā mām iter mētū ꝛ epiglotū plusq̄z in alio loco ꝓgregatā. Tūc locū palpās cum digito: ut possem neruos uenas ꝛ arterias euitare: vulnus feci ibi ꝓfundū: per qđ de corrupta ꝛ male fetēte mā magnā partē extraxi: magnāq; ptē dimisi: quā tūc eūare poterā: sed rōne nolui quā sciuisti. Tunc egra leuiorem habuit anhelituꝫ: pulsusq; fuit fortificat⁹: timoꝛq; mortis subito diminut⁹: eo q̄ ad corma/ ꝛ poterat aeris quantitas delegari. Tūc administrans ei brodiū per vulnus magna ipius q̄titas exibat. Tūc ingentaui: ut cū argētea cānula: que posita in ore totum vulnus trāsibat sua cura recipet ad ipius nectā nutrimētum. gulā totā: ꝛ collū cum medicinis mūdificātib⁹: ꝛ residuuꝫ māe maturātib⁹ circūdabā donec extraxi de vulnere frustū magnū viscose māe ꝛ fetētis: que fuerat sicut quoddā intestinū longū plus ꝛ grossum vni⁹ matoris digiti q̄titate: que qdē mā calore fuerat exīneo cōdēsata: q̄ quidem remota remāsit locus sine fetore: ꝛ egra incepit maxime ꝓfortari: tñ in ea ꝓtinuaui mūdificatiua ꝛ incarnatiuis ꝛ cicatriçatiuis vulnus optime sigillaui: ꝛ egra fuit saluti pristine restituta. ¶Cuꝫ ergo in locis ꝑdictis frigidā mām ꝛ corruptā inueneris apturaꝫ loci nullatenus expectabis: sed apturā accelera. ꝛ si mā nonduꝫ ad plenū fuerit maturata: nā si nāe ipaꝫ aptendā dimiseris/ male faceres: q̄n mā grossa in mēbri ꝓfundo ibibita nō pōt a vtute debili ad mēbri superficiem delegari. Nec mēbra spūalia nō longo pōt tpe defectum aeris expectare.

¶De apostemate sub titillico. i. sub assellis. doctrine secūde. tractatus tertij. Cap. VI.

h **Oc apa** nō idiget repcussiuis pp rōnes supi⁹ assignatas: sed magna idiget eūone si fuerit calm p flōmiā uenenigre uel basilice alteri⁹ brachij: ꝛ si fuerit fridū cū medicina de turbit uel medicia alia cōpetēti. Et intēdas q̄tū potes ad resolonē cū medicinis que nō hūt magnam attractionē: q̄n locus est emūctorius: ut est dcm̄: ꝛ emunctoria pp eoꝝ raritatē ꝛ capacitatē ꝛ debilitatē parata sūt recipe sine medicaminis iuuamēto. Cuꝫ ḡ medicia iuuatura nimis fit attractiua apa nimiū augmētat. ¶Ungatur ḡ cum oleo camomil. cui supponat maturatiuum: ꝛ maturatuꝫ aperiat: nec in hoc etiā ruptura per se maxime cū fuerit fridū expectet: ß saluo si eēt mā glandulosa qđ sepe fit sub assellis: ꝛ in iguine: nec etiā equal⁹ matura: sed in vno loco dura: ꝛ alio mollis: tunc nullā habes viā tutā: q̄n tūc est bubo: cui⁹ cura est difficilis. Quia si māz exhas corruptā ꝛ durā relinquēs: difficile residuum maturat: ß facit sclirosim ꝛ fistulā sepe parit. ¶Ex aduerso mā remanēs in loco corrupta totū corpus in mala tenet dispōne: febres. s. doloris. Tū q̄n ut dicit ☙a. qui ad suā salutē nō nisi vnā habuit viā: uelit nolit: per eā si mala fuerit: ptrāsibit. febres ꝛ dolores q̄cūq; potes mitiga mō: ꝛ equal⁹ ꝓcura maturationē: q̄n māe ps corrupte ptez nō maturā adiuuat maturare: tūc api ꝛ mollifica. ¶Si vo ante tēpus maturationis locus rūpit: uel cogit te necessitas apire. tunc pugna residuū maturare cū vno mūdificatiuoꝝ virtutem hūtium residuuꝫ maturare: q̄n magna copia in tractatu ultimo non carebis.

¶De apatib⁹ adiutorij: ꝛ ifra. doctrie 2ᵉ trac. 3ⁱ. Cap. VII

h **Oc apa** q̄tū ex pte loci nisi ꝓditōes te ꝓhibuerit: in pn⁹ post eūo nē secure repcutiē. ¶Si ḡ fuerit calm ex ōrio flōmiā brachio de basilica facias. Postea secure repcutias si repcussiua nō sufficiāt resoluas: quib⁹ nō sufficiētibus maturabis ut h. ꝛ ꝑm hoc pfectā expectabis maturationē nisi mā esset adeo violēta: q̄ eēt ad corruptionez mēbri parata. Tunc enim apiat adhuc si pfecte mā non sit matura. Incisionē vo caue magnā: maxime cuꝫ in locis ceciderit musculoꝝ. ☙Multi enim medici q̄n loca illa longe sunt a nobilib⁹ mēbris sine aliquo timore magnas ꝛ ꝓfundas faciūt apturas: ꝛ credūt ut inde laudez magnā ꝓp audaciā ꝓsequant: ꝛ inde laudant ab aligb⁹ idiotis: q̄re ☙bam vulnerāt lacertū: qui quidē lacerti ꝓsolidando extringunt: quare brachiuꝫ totū ꝓbitur: q̄ inde nō pōt extēdi: quare pdit opationem in toto debitā: uel in pte. quid ergo facies: tantū q̄tuꝫ potes cutim superficiali ꝛ incide: parūq; facies foramē. Mā adiutorū mūdificatiuoꝝ: ꝛ ingeniū abluēdi oia talia mūdificāt ulcera Quāuis apud illos qui magna factūt vulnera sint ignota. ¶Si vo exitura circa cubitū acciderit: ita q̄ ibi caderet ex pte collectiōis māe locique pēdens incisio: tū caue ne supⁿ cubitū pforationē facias: sed ab utroq; latere: ubi quasdā inuenis fontanellas neruis: uenis ꝛ arterijs carentes. Et q; hoc vulnus factū in summo cubiti vix ꝓsolidat. Et ꝓsolidatio motū cubito debitū impediret. ¶Frigidū apa in his locis nō nisi ꝓpter abundantem puenit mām. ☙Magna ergo indiget eūone plurib⁹ forte vicibus postea resoluit: ꝛ circa illud ꝓcedere ꝑm q̄ in capᵒ diximus generali eodem modo apa core ꝛ genu.

¶De panaritio doctrine scde. trac. tertij. Cap. VIII.

p **Anaritium** est apostema circa vngues generatum caldum ꝛ dolorosum ꝛ iflāmatum: qđ aliquando febrem inducit: ꝛ aliquando caput corrodit digiti ꝛ interficit aliquando.

**Cura** huius apatis est ut inciptat a flōmia si ptcularia cōuenit ut vtus etas cōsuetudo: ꝛ si lōgū est tēpus ex quo flōmatus nō fuit: deinde optime mēbrū cū epithimate de aceto donec grossum supfiat epithimet. ¶Supra epithima ponat pān⁹ madefactus in mucillagine psilij: aut vngat cū alio vnguēto ifrigidato. Et modis oibus intēde ad ifrigidationē ꝛ corruptionis prohibitionē. ¶Si vo per hoc dolor ꝛ pulsatio nō cessauerit uel geuerit: sed est in via maturationis supponat scabiosa trita cū assungia: ꝛ fiat cetera que de curis antracis ꝛ carbūculi diximus facienda. ¶Qualiter aūt apata que uenīūt in brachiorū tuncturis que nō uenīūt ad sanies curent docebit in tractatu de doloribus tuncturarū.

¶De apate extra apparenti circa spūalia mēbra ꝛ gibbositate doctrine scde tractatus tertij. Cap. IX.

c **Aue ne** hoc repercutias apa: imo melius esset illud ad exteriora trahere maxime frigidū: sed resoluas ab ipo ꝓin-

cipio:facta tñ purgatiõe que multũ est in hoc loco necessaria:resolutiuis nõ sufficiẽtibus maturabis. ¶ Facta sanie nõ expectes crepationẽ per se maxime in frigida: sz pfora santẽq; exhe z mũdifica cũctaq; pse quere que locis alijs sunt narrata. ¶ Hic attẽde q; multottẽs vi nature mã foras iter costã z per ꝓiũctiones ossiũ pectoris z spondiliũ ab itus emittit z apa facit. ¶ Oz si fuerit frigidũ parũ dolet z eger de illa nõ multũ curat in pn°: q: nõ mltũ dolet:qre diu ibi morãs corrũpit. ¶ Et q: via per quã ab intra mã est egressa per egressuz est mãe dilatata corrupta materia potꝰ reddit ad itra q; per fractura cutis exterioris exterius expellat:qre post tẽpora tale apa facit fistulã iterius penetrãtẽ. Jdeoq; sicut est dictuz nõ expectabis q; rũpat per se:sed palpa locũ:sicut scis z cũ iuenis ibi santẽ apl z exgite mũdifica. ¶ Si vo fistulã anteq; ẽt saluaret pfecte cois iteriora peret penetrãtẽ tũc idiges lauatiõibꝰ mũdificatiuis: que diu injicias cũ clistẽ. Sic g facias.tentã forma de medulla sambuci uel de spõgia uel de radice maliterre uł buõie uł gẽtiane iduc in fistulã:q: eꝰ orificiũ ẽt iteriꝰ ampliet ad clisteris cãnule q;titatẽ. ¶ Postea decoque mel z mirrã cuz aqua: tta q; aque sint ptes.x.mellis.p.ij.z mirre. Et si poneres de ysopo z saluia ptes singulas bonũ eẽt. Aliqñ bonuz est ponẽ vinũ loco aque spãl'r cũ ulcus caret calore. Et de illa aqua uł vino injicias per fistulam z fac egrũ huc illuc reuolui:tta q; loca interiora ad que cadit sanies bene laues:postea tac iterum egrum super orificium ulceris reuolui z ꝑcipe ut tussiat:z totã exhe putredinẽ z liq rẽ. ¶ Deide pone in vulnẽ tentã vnctã oleo ne vulnª claudat donec videbis q; cũ lauatura nihil aliud exibit. ¶ Deide cũ vnguẽtis icarnatiuis z sigillatiuis cura pfecte. ¶ Si vo via per quã sanies itrat z exit eẽt facta calloſa:ita q; eẽt ibi tã fistula:tũc ignias ferrũ factũ ad fistule q;titatẽ:z oia eꝰ latera cauteriça. ¶ Postea cum butyro z alijs fic crustam cadere facias vnctuosis demum mundifica:postea cicatriça.

**Gibbositas** accidit gbusdam pueris pp tussim expellentẽ mãm ad exꝰ:z pp uẽtositatẽ multuz ossiũ tũcturas dissoluentẽ z ad exteriꝰ impellẽtẽ. ¶ Cuiꝰ cura est in ꝓncipio cũ rebꝰ tussim mitigãtibꝰ ut sunt amigdale dulces ptste cũ penidijs: z aq decoctiõis feniculi factis inde sorbitionibꝰ cuz amilo. z hac medicina.ꝶ.amigdalaz dulciũ ptes.ij.dragagã.semi.citoniorz.aii.ptẽ.j.iulep qd sufficit.fiat lohoc.i.medicina sorbilis seu lãbitua:z debet eẽ spissa:sic mel ligduz seu crudũ. ¶ Mitigata tussi fiat balneũ aque decoctionis radicis altee foliorz malue.fenugr.z semis lini.z aq sup eminẽtiã cadat ab alto:postea resoluat mã cũ medicinis dictis in apate duro:z dicẽdis i caplo scrophulaz. ¶ Valet ẽ'lamina plũbi stricta sup eminẽtiã postq; fuerit bñ remollita. ¶ Si mã vo fuerit uẽtosa curet sic fieri debere diximus de apatis cura uentosi. ¶ Gibbositas vo que ꝓpter dislocationem accidit spondilium curã non recipit postq; fuerit confirmata.

¶ De apostemate apparente in ore stomaci z nutritiua. doctrine tertie.tractatus tertij. Caꝑ.X.

**Cum hoc** apa apparet in pnº circa os stoci:z circa regionez epis z splenis qdã q;tuis uellẽt itelligere ꝯriũ p meã regulã gñalez bonũ est z utile locũ ꝓfortare cũ oleo spi. z oleo ros.z emplis factis de rosis/absinthio/ squinãto/ cipis/citonijs cũ farina ordei z silibꝰ:qñ lz dixerim q; cauẽdũ sit a repcussiuis:cũ apa sit ꝓpe mẽbrũ nobile:cũ resolutiua:maturatiua:que nõ sunt admixta cũ stipticis:si supꝑ locũ ista ponant/mẽbra/stocũ.s.epar z splenẽ debilitãt.qbꝰ debilitatis eoz debilitãt actiones toti corpori nocessarias/que sunt/appetẽ/digerẽ/expellẽ/retinẽ/quare toti corpori aliqñ ꝓuẽit irremediabile nocumẽtũ. Jõq; neq; puris resolutiuis:uł maturatiuis:uel neq; puris repercussiuis frigidis in istis casibꝰ est utẽdũ. Quid g faciemus:mãm euacua locũ cum stipticis z tẽperatis confortã. ¶ Sic mãm si potes abjce:si nõ/resolue:sinaũt matura sz caue sp ne resoluãs uł maturatia pura sine admixtiõe adhibeas stipticoz. Et caue ne resoluẽdo/subtile resoluas:z residuũ idurek:qñ ista apata libẽter trãseũt in scirosiz:z postq; dura sunt/difficile resoluunt. Sz sepe fũt cã future ydropisis. Jgit cũ illud idurari videris:ut scis ubi scis oibꝰ fortis z sapiẽs:qñ hec apata errorẽ nõ susti nẽt medicoz:si maturak aperi z mũdifica sicut sciuisti.

¶ De apostemate in inguine.doctrine secunde.tractatus tertij. Caꝑ.XI.

**Sepe** ꝓuenit apa in iguine pp ulcera vge z pedũ:ꝓpterea q; locus est descensus hũoz ad illa loca:z tũc nõ est ita timẽduz:ꝓpterea q; uenire tũc põt sine multa corꝑis plenitudie:z absq; eo q; decursus hũoz maxime ibi fiat.sepe quoq; ꝓuenit sine vulneribꝰ in his locis:z tũc plus est timẽdũ spãl'r cũ corpus est malis z diuersis humoribꝰ plenum.

appoſite ualēt ſaphati z oib°puſtulis cutis z iſectionib°
z oibus egritudinib° que fiūt ex ſanguine corrupto.

¶ De iuuamētis cauterij.doc.ꝫ°.trac.ꝫ°. Cap.XVIII.

Auterīū di duob°modis.large:z ſtri
cte. ¶ Large dicit cauterīū
ois coctura que fit in corpe humano: ſiue fiāt a
re actuali ut ferro:uel auro:uel alio metallo:uel aq̄: uel
oleo calis:uel medicia cauſtica cōburēte:ſiue ſit ſimplex
ut cātarides/alliū/cortices viticelle/tapſia/aplum/riſus/
pes mīlui/vitreolū/calx/arſenicū ſublimatū:z multa alia
ſimplicia z cōpoſita ex his facta:quoꝝ hēbis copiā in an
tidotario. ¶ Stricte dicit cauterīū qđ fit a ferro ſolū uel
auro/argēto/uel aq̄/oleo/ꝓpter coctura artificialr caleſa
ctis. ¶ Cauterīū vo qđ fit cū medicinis cauſticis qđ ha
bet potētiā cōburēdi dicit cauterīū potētiale:qñ calidū
nō eſt actu:neqz cōburit:niſi ꝑ ſus calor qui eſt in ipſo cō
poſito a calore ſuppoſiti corꝑis moueak. ¶ Aliud caute
rīū dicit actuale:eo q ipm cōburit abſqz eo q in ipſo ca
lor ſuppoſiti corꝑis opek. De hoc actuali cauterio dicit
Aui. q eſt medicamē valde nobile ꝓhibēs ne mā ſpgak
per mēbrū/z ad ꝓfundādū mēbrū:cuius cōpſonē volum°
rectificare:z ad reſoluēdū mās corruptas in mēbro ꝓtē
tas:z ad reſtringēdū fluxū ſanguinis. ¶ Per hanc de
ſcriptionē z auctoritatē colligīk q cauterīū eſt vnum de
magnis opibus z nobilib° cyrurgie. Rō quoqz dictat:z
expimētū lōgis tā tpibus appꝛobaui. Sed qñ phīci ſic
dictū eſt alibi:dimittūt oino inſtrm cyrurgicū:ita q raro
cyrurgicus rōnabilis inuenīt: z laici opantes cauterio
diam inter actuale z potētiale cauterīū non diſcernunt.
Et qñ ꝑticularia ꝓuenīētia:qñ.ſ.z quō:z ubi:z in qbus
debeat fieri nō cognoſcūt:ab aliq̄bus itaq; repꝛehendīk:q
q̄ſi oino diſceſſit ab uſu. ¶ Et q:q gdā factētes cauterium
in nō mūdo corꝑe:ſed multis repleto corruptis humori
bus/viderūt corpus per illud nō mūdificari:nec eius di
ſpōnē meliorari:imo viderūt crus ubi fuit factū cauteri/
um aꝑari z iflari:z aliqñ cācrū ꝓp humoꝝ corruptorum
ifluētiā gñari:q̄re talr ſunt terrefacti/q nunq̄z fuerūt au
ſi facē plus alibi:q̄uis ꝓtuliſſet ꝑtimū ſi feciſſet. ¶ Alīj
vo medicamē cauſticū ut cātarides/que ſunt mīluz apō
quoſdā in uſu:in qbuſdā ſiccis corꝑibus z calidis poſue
rūt:de cuius appōne nocumētū manifeſtū ꝓpēdunt:q̄re
iudicāt nō eē bonū:q ulterius ponere:quoēs ſi ſciam
haberēt cauterij:z oia ꝑticularia cauterio ꝓtinētia ꝑticu
lariter z ſubtilr indagarēt:ſicut dicit Aui. firmiter iueni
rēt. ¶ Scias ergo q cauterīū eſt ſup oia medicamia cō
ſumptiuū:dūmō ponak ubi virt° eius poſſit ꝓſumēdam
mām ſupare. Mā ſicut vides de igne/qui cūcta ꝓſumit/q
vincē pōt:ſi tñ ponak paucus in multis lignis viridibus
aliqñ fumū in illis mouet ligni°:z aquaz inde extrahit:
nec illā pōt ꝓſumere ſed extinguīk:ita q eſt cā ſuiipſius
extinctionis.per eādē vtā dicīt:z uerū eſt:q ſol in eſta
te minus nocet his qui ſub eo iacēt dū capita caueant q̄z
in hyeme:eo q in eſtate q diſſoluit cōplete:z deſiccat:ō
multū ualet in ydropiſi ut dictū eſt. Jn hyeme vo diſſol
uit:nec mām pōt ꝓſumere que mouek: que cum rema
net in corpe facit febres/oppilationē/apoſtemata/catar
rum/z laxitudinem:z alia multa mala. ¶ Per hanc de
ſcriptionem Auīc. De cauterio fuit apud antiquos du
bium:utrū ualeret ad rectificādum quālibet cōpſonem
z ad ꝓſumēdum quālibet mām:z videbak q nō:qñ ois
cura fit per ꝓtrariū:z ignis ſit ultime calidus:videtur q

in cōplone cal'a ꝛ sic.tā simplici q̄z cōposita nō ꝓferat:im mo malitiā debeat plus augm̄tare:qm̄ ut dicit.G. Cal'm additū calido facit ip̄z furere ꝛ augm̄tari. ¶Ad rē ist̄ pbādā utꝛ ꝓferat uel nō:multa ꝓo ꝛ ꝓtra ꝓcurrūt fortia argumēta:gb⁹ ptin⁹ breuitatē amātes:ꝛ ad purā descen/dētes v̄itatē.Dicim⁹ q cauteriū actuale ualet ut dic̄ Aui. ad ꝓfortādū mēbrū:cui⁹ cōplonē uolum⁹ rectificare sic q cōplo illa p aliquā p̄tē mām terminat in malas dispō/nes alias.Si mā illa fuerit cal'a ꝛ sic.tū p remotionē illi⁹ mae cōplo rectificat:qm̄ remota cā remouet effect⁹. Et actuale cauteriū illā desiccat mām ꝛ ꝓsumit.ꝛ h̄ est cura p ꝯriū p viā remotiōis cāe:sic̄ p scamoneā remouemus tertianā purgādo colerā:nō q; scamonea sit frida:ꝫ qm̄ h̄et ꝓpetatē purgādi colerā:que tertianā tenebat in esse. Et cū turbit curam⁹ febrē flaticā:nō q; turbit sit frigidū: ꝫ si ca.ꝛ sic.mā simplex uł cōposita mēbrū uł co:p⁹ aliq̄ aggūaret:nō ualeret tūc cauteriū:ꝫ in alijs cōplonib⁹ fri gidis ꝛ hu.simplici ꝛ cōposita:nō dubiū est q illā rectifi/cat ut ꝯriū ꝛ ei ꝓpa medicina.Et si fuerit ibi mā frida ꝛ hu.ꝓsumit eā:dūmō tāta nō sit/q v̄t⁹ cauteriꝫ ꝑ illi⁹ mul titudine mae suffocetur. ¶De dīa v̄o utriusq; cauteriꝫ actualis,ſ.ꝛ potētial.scias q actuale pp bonitatē sue sim plicitatis:ꝛ pp breuitatē sue opatiōis est nobili⁹ꝛ eligibi li⁹.Mā tu scis q q̄uis aq̄ sit oi cōmixto co:pe fridio:nī plus co:p⁹ledit a multis cōpositis q̄z ab aq̄: sic̄ ab opio/ mādragora/ꝛ alijs ita fridis.Ignis itaq; pp ei⁹ simplici/tatē nōbil'r opat.Iterū qm̄ actu ꝛ nā calidū i cōtinēti suū pficit op⁹:ꝛ ubi nō iuenit mām in q̄ agat/cito cōsumit:ꝛ cū iuenit nullā h̄is ꝓtetatē nisi mām vnā solā fac̄ opati onē.ſ.ꝓsumē.¶Medicina v̄o caustica/ut cantarides qm̄ co:p⁹ est cōpositū ꝛ actu frigidū plus a nr̄o calore ptic̄ in co:p⁹ agit:ꝛ in illa pugna que est iter medicamina ꝛ mē brū est cois ꝓtietas.In q̄ gdē pugna tā co:p⁹ q̄z mēbrum debilitat.Itē ignis dolorē nō ifert nisi in ipsa ipōne:uel ualde modicū ultra:nec pp ei⁹ simplicitatē/ꝛ citā ei⁹ acti/onē ledit/nisi mēbrū tactu.Sz medicīa caustica ledit nō solū mēbrū lesuz:ꝫ et ea que a lōge sūt:ꝓpterea q in lōgo tpe opat:ꝛ q̄ztū ei⁹ durat opatio:tātū durāt dolores:ꝓ pterea in materijs calis ꝛ siccis nullo mō ꝓfert:q; mām et si ꝓsumeret pp ei⁹ icōuentētiā ꝛ lōgā opationis morā cōplonē mēbri augm̄taret.Sed ꝓfiteor q si co:p⁹ est bñ robustū ꝛ forte mā frida ꝛ humida teneret aliq̄ mēbrū in mala dispōne:q; tūc cauteriū cū medicina ꝓferret illā mām deficcādo.¶Multi q̄z peccāt aliq̄ in portando cauteriū:q̄ portāt p annū:alij plus:alij toto tpe:ꝛ h̄ est malū.Mā cauteriū ualet ut cauteriū:nisi tātū q̄ztū durat in eo v̄t⁹ ignea:ꝛ h̄ duob⁹ uel trib⁹ mēsib⁹ ad plus:ꝫ facit cauteriçato loco violētiā cū pala fac̄ in loco dolorē:ꝛ nō solū māli:uerū et boni currūt h̄uores:mēbrūq; ꝺbilitat:ꝛ sic̄ ꝓsueūat malos ꝛ co:ruptos h̄uores solū attrahē:nūc attrahit nobiliores:ita q aliq̄n meliores.Sz tu nō facias cauteriçato violētiā loco spāl'r ultra terminuz:i q̄ credis v̄utē ignis eē ꝓsūptā.¶Itē nūq̄ facies cauteriū i co:pe pleno:siue plenitudo sit bonoꝛ h̄uoꝛ ubi plus noceret: siue fuerit co:ruptoꝛ.In co:pe tñ bonis h̄uorib⁹ repleto nō ꝓuenit:qm̄ hec plenitudo est utplūmū sanguīea:q̄ so/la flōmia curat.Sic igit facies:patiētē malā cōplonē fri dā simplicē uł cōpositā cū h̄ilditate lōgo tpe:q̄ nō co:ri/gik p alia remedia mālia cauteriça cū ferro cal'o si fuerit mala cōplo illa sup̄ totū co:p⁹i fōtanella sb genu cū cau/terio pūctuali:si fuerit in vno solo mēbro in fōtanella illi mēbro suppositā.¶Si mala dispō co:pis uł mēbri ē cū mā p̄us cū medicina laxatiua illā eūa:ꝛ cōplonē acgsitā mae rectifica.Q̄d si plene facē non poteris:cauteriça sp h̄ndo i mēte q nō cauteriçes cū medicīa potētiali:nisi in forti ꝛ robusto:ꝛ in mā frida ꝛ hu.Et q̄z ut dcm̄ ē cau teriū cū igne sit meli⁹:ꝫ in alijs cāb⁹ ut i cōplone sola fri gi.ꝛ hu.sine mā:ꝛ in cōplone ca.ꝛ hu.cal'a ꝛ sic.cū mā sp fac cauteriuz actuale:ne q̄z cogas illū ultra tres mēses ad plus vigilare:ꝫ dimitte illū sanari:dūmō ad sanādū nul lā facias medicinā.¶Si v̄o i trib⁹ mēsib⁹ nō vi tibi co:r pus bñ mūdū ꝛ rectificatū uł mēbrū:ꝛ tñ cauteriū ꝓtulit: tūc locū iterꝫ cal'o ure ferro:uł fac alibi cauteriuz ut i alio crure.v̄.g.Si cauteriū mēbrū i q̄ fuit nimiū aggrauauit. Iis oib⁹ cōpēsatis potes uti secure cauterio:ꝛ erit tibi tē ut dic̄ Auic.ad rectificādū cōplonē mēbri nobilis medi/cina:dekēdit et co:ruptionē ābulare.Mā si mēbrū iuenis in viā co:ruptōis:ut cū herisipila māducatiua uel herpe stiomeno uł fo:mica ābulatiua:uł ut breui⁹ dicā cū ulne/ris dispōne cuiuslibet co:rosiui:ꝛ cauteriū sapiēter scis i ter sanū ꝛ co:ruptū ponē locū:cauteriū co:ruptōez itēdē nō pmittit.remouet et co:ruptionē nobil'r.Naz ubicūq; fit co:ruptio nō est nobilio:r medicia:q̄z illā totā cū ferro tāgē cal'o:qd' Raſ teste oia cōplet:sic̄ est supi⁹ declaratū. ¶Stringit et fluxū sang.qm̄ si sang.ex magna uena uel arteria fluit:ꝛ alia nō ꝓferrēt medicaīa ꝓstrictiua:fortiter ignias cauteriū:qd' sine tactu pellis exterioris uel aliq̄ mēbro:ꝛ sensibiliū possit accedē ad uenā uł arteriā icisaz ꝛ illd fortiter imꝑme grossaz faciēs crustā.Restringit opti me sang.q fluebat.Uera est q Aui.discretio:figs sciue/rit cauterio cū suis ꝓfideratōib⁹ opari. ¶Et qm̄ put nr̄a ꝓtat impitia:de cauterio q̄sdā satis regl'as dixim⁹ gña les.Nūc ad ptcularia cauteria put diūsis cōpetit locis ꝛ morbis breuiter descēdam⁹. ¶Scias q̄ q cauteria fiūt plima in diūsis ptib⁹ co:pis,ꝛ p̄m diūsitatē loco:r diuerse fo:me ꝓuenīt ist̄ fo:r:ꝛ modus uari⁹ imꝑmēdi. ¶Fo/me v̄o cauterioꝛ q̄z q̄z p̄m Albucasim ualde mūltiplicenk ꝓsequnter bonū eēt illos oēs repetē:tū q; liber iste breui tatē diligit:put pōt reducā oēs cauterij formas ad.x.q̄s hic vidē poteris depictas ꝛ signatas. ¶Primuz q̄ est magis cōe ꝛ magis in usu dr anodulū seu pūctuale:ꝛ est ist̄m q̄ ponit p vnū foramē q̄ est in alio ferro plano q̄ nō calefit:ꝛ est ita factū:q ferrū fridū nō pmittit cal'z ultra ītrare:nisi p̄m q medici placeat uolūtati.Ferrū eni q̄ calefit h̄et vnū additamētū puū ad uolūtatē medici sic. Ferrū planū in quo ītrat illud additamētū/ꝛ fridū ponit sup̄ locū cauteriçādū:ꝛ est sic fcm. Additamētū est cal'm donec al bescat ꝛ pijciat scintillas:ꝛ im/primit in foramine ist̄i lati sup̄ mēbr̄:ꝛ fac̄ ibi uesicā:q̄ remota remanet ibi ulc⁹. ¶Iste v̄o dz eē modus.Facto cauterio ponit ibi assūgia antiq̄ uel butyrū:uel assūgia pistata cū folijs caulis/q̄d est me li⁹ donec crusta cadat quā calidū facit ferrū:postea ponitur in ulcē pil'a pua facta de pāno lineo ꝛ rotunda satis dura que vngit in sagimine uel oleo.Sup̄ pil'am ponitur foliū caulis rub.uel vitis uel hedē arboree:q̄d alijs ē meli⁹:ꝛ q̄ztū placet dimitte opari. ¶2m cauteriū rotun/dū:ꝛ h̄ nō h̄et additamētū ita lōgū:q̄d est nec̄tū/qñ solā cutē vis tāgē:timēs ne neruū tāgas.Et h̄et locū cū mēbr̄ neruosū vis cauteriçare:ꝛ ē sic fcz ut possit a duob⁹ cauteriçare capi/tib⁹:p̄m q magnā uel puā deside/ras coctura. ¶3m cauteriū est pūctuale seu radiale:ꝛ est necessariū ubi ualde stricte uolueris facere cauteriuz ut in pilis:ꝛ sic est factum.



¶4m cauteriū est ualde cōe: ꝛ dicit cultellare:ꝛ est necessa/riū cū lōgā vis facē coctura/ut per trāsuersum capitis:ꝛ quando vis ulcera rotunda cruris ad fo:mam reducere longam:ꝛ est sic factum.



¶5m uocat subtile:ꝛ hoc est necessariū ad coquendū fistu las p̄sūdū oculi ꝛ malā carnē exñtē i naso:ꝛ ponit p vnā canulā fcz ut audies:ꝛ ē sic fcz Hoc subtile calefit:ꝛ calefactuz ponitur in canula sic.



Jstud qđ supat canulã cauterizat ꝛ loca alia canula que frigida est a lesione defẽdit.



¶ 6m dr dactilare:eo q est fcm ad formã ossis dactiloꝝ:ꝛ cauterizat ide ancha:ꝛ est istꝫ fcm sic vna tabula ad formã tucture ãche magne:ꝛ hẽt.v.eminẽtias:sic ossa dactiloꝝ fcãs:qrũ vna ẽ i medio:due supi9:vna iferi9:vna ab utraq; parte siue latere sic.



Jta qñ calefit istꝫ ꝫ:põit sup ãchã mediãte vna tabula superi9 posita fcã ꝫ mẽsurã.v.eminẽtiarũ apposita pforata ꝛq tabla ista sit frida ꝛ ẽ sic fcã ꝛ hãt i vna impssiõe.v.cauteria sup ãchã:ita q duo sint ex pte supiori tucture duo a lateribꝰ ꝛ vnũ uere supꝫ ipaz iuncturã:ꝛ aliud in pte iferiori.



¶ 7m vo cauteriũ dr triãgulare:p qđ pñt fieri tria cauteria vno tactu:ꝛ habet silr locum in ancha:ꝛ est sic factuꝫ.



¶ 8m dr acuale:eo q aliqñ fit cũ acu:ꝛ hẽt locũ ad cauterizandum in palbebras:de qbus pili supflui sunt euulsi:ꝛ est factum sicut acus sic.



¶ 9m cauteriuꝫ dr lingualer:ꝛ est factum sicut vna lingua sic:ꝛ hꝫ locũ ad cauterizãdũ carnẽ supfluã palpebraꝝ.



¶ 10m cauteriũ ualet ad sectionẽ ꝛ fit cuz tenaculis pforatis:in qrũ foraminibꝰ possit itrare instrm acutũ hñs feneſtrã ut acus:ꝛ forma tenacule est sic facta.



Et forma acus qui habet intrare per foramina tenacule est facta sic.



Et pellis appẽdẽ cũ tenaculis fridis:ꝛ ubi uolum9 sectionẽ ponẽ iter tenacꝰas pellẽ illã strigim9:ꝛ ferrũ calꝫ p tenacꝰarũ foramia injcim9:ꝛ pellẽ cõburim9 a tenacuꝰ cõphẽsã. Deide chordã lenẽ filoꝝ fcãz i sãguiticta mittim9 i foramie:ꝛ chordã i duob9 capitib9 postea nectim9:ꝛ dittim9 dõec uolum9 figillare:ꝫ ẽ mltũ cõe cauteriũ:ꝛ hꝫ locũ i ore stõci sup epar ꝛ splẽ ꝛ testiculoꝝ bursã

**Alis** formis istroꝝ ꝛ eorũ positis nomib9 ad qd ꝛ ubi ꝛ qñ debeãt fieri pticꝰaria cauteria videam9. ¶ In antiq cephalea qñ purgatiões p medicias laxatiuas: p gargarismata ꝛ strenutatiões clisteria ꝛ alios modos eũandi:ꝛ p emplatiões ꝛ iunctiões ꝛ embrocationes nõ remouẽs dolorẽ:ꝛ i epilẽsia.ꝛ palsi.tremore.ꝛ stupore:ꝛ i oi egritudie neruosa p vitiũ capitis uenięte i antigs ocꝰoꝝ doloribꝰ:ꝛ rubore i antigs auriũ ꝛ nariuꝫ egritudib9.i antiq tussi ꝛ fluxu uẽtris:que pp catarrũ accidit a capite uentẽte ubi pfecte pdcã remedia nõ curãt. Fiat ustura cũ cauterio cultellari i capitis fontanella ubi posita palme radice sup nasi sũmo maior digit9 terminabit:ubi raso pri9 capite cultellare cauteriũ adeo ignitũ ut pjciat fintillas ꝛ albescat:ꝑm trãsuersuꝫ capitis ipziat:nõ tñ tã fortiter nec tãdiu q possit ide cerebrũ iflãmari:sed cito fiat ipressio:citoq; ferrũ calm sbleuet. ¶ Et post escara hꝫ doctrinã tibi traditã ceciderit:si os detectũ fuerit:bñ qdẽ.si nõ:tũc itera cauteriũ ſꝫ leui9:donec os pfeq rio:ita tñ leuiter:q cerebrũ ide nullã sentiat lesionẽ. Pone iterũ assungiã cũ caulib9 donec escara tota cadat:ꝛ os fuerit spoliatũ siue denudatũ. Mã tũc aliq ps ossis exfoliabit:ꝛ p vtutẽ ignis mã sub craneo cõtẽta euaporabit. Hoc nãq; cauteriũ teneat aptũ cũ corpuscul9 duris:dõec totũ pfeqris effectũ. Oz si nõ ualet añ q potẽtia pfumat: ignẽ iteꝝ renouab:qñ tua ad finẽ facies nolũtatẽ. ¶ Cũ hꝫ cauterio celebrato curauit mlierẽ q.vij.ãnis fuerat sine uoce:nec ualuerũt mihi eũones/vnctiões/ul alia remedia ad cure pfectõez dõec pdcm cauteriũ feẽ op9. Mã añ q illd cauteriũ clauderẽ:mlier hũit clarã uocẽ.pdiderat eni uocẽ ex ãtiq catarro a capite õscẽdẽte. Curaui ẽt ples ab ãtiq tussi:ꝛ lõgo fluxu uẽtris:qrũ cã fuit reuma. Est ẽt bonũ i ãtigs pdcis egritudib9 si caput plenũ eẽ sciueris: ut fiãt cauteria rotũda sup vnũq; q duoꝝ cornũ capitis ¶ Fit ẽt cauteriũ cũ cauterio rotũdo:ita q sola cutis tãgat supio:i fõtanella colli sb occipitio:ꝛ ẽt ponit ibi seto Et mltũ ualet ad egritudies ocꝰoꝝ ꝛ capitis noiatas:q; uis caput nõ tãtũ cũet sic ꝑus. ¶ Fiũt ẽt cauteria i collo iter spõdilẽ ꝛ spõdilẽ cutẽ supficialr tãgẽdo qñ spasmum timem9 ex plenitudie uentẽdũ. Et mltũ ualet in ꝑfuatione qñ gs est i neruis ul capite vulnerat9. Mã mã pp hꝫ cõsumit p quã neruoꝝ ianitio expectat. ¶ In fõtanella sb auribꝰ fiũt cauteria rotũda pp ocꝰoꝝ egritudines ꝛ dolores dẽtiũ:imo sola cartilago q i aure p trãsuersũ extẽdit: cauterizata solet dolorẽ dẽtiũ remouẽ. ¶ Supflua caro q ẽ i palpebris cũ cauterio linguali cauterizata succes siue sup palpebꝛe grossitiẽ cauteriuz apponẽdo:ita tñ ne nãlẽ tãgat sbz palpebrarũ curat:ꝛ cũ cauterio pũctuali succesiue tãget caro supflua/q i angulo nascit oculi:do nec totũ supfluũ auferat:ꝛ cũ actuali cauterio locꝰ pũgit: ubi pili palpebrarũ sũt euulsi. ¶ Caro supflua q in naso ꝓsurgit:cauterio remouet acuto siue pũctuali carnẽ illã successiue tãgẽdo/donec tota supfluitas sit remota. Qñ vo ẽ caro ꝓpe ualde supꝫ nasi carũculas iuiscata:opz cauterio uti sbtili p canulã:ut radicẽ supflue carnis cũ ferro tãgas:ut p canulã ꝓtetes nasi nõ ledank. ¶ Fit ẽt cauteriuz rotũdũ sb mẽto:qđ parũ ipzimit pp ifectiões cutis facict ut saphati ꝛ pustulas:ꝛ pp egritudies oris ꝛ dẽtium. ¶ Fiũt qz duo cauteria i vno qz brachio humeri ex pte exteriori supꝫ adiutoriũ i fõtanella sb magno musclo cuz cauterio ad nodulũ:ꝛ ualet mltũ ad egritudies q sũt i posteriori pte cerebri:ut litargie ãtique:difficultati motꝰ colli.miro eni mõ mũdificat neruos colli. Aliõ fit iteri9 i fõtanella sb magno musculo silr ad nodulũ:ꝛ ualet ad egritudies cerebri añriores:ut scotomiã:ꝫtigine:aquã õscẽdẽtẽ ad oculũ:debilitatẽ visus:ꝛ ad oẽs egritudines mãles oculoꝝ. ¶ Fiũt ẽt cauteria cultellaria supficialia iter digitũ ꝛ digitũ i ciragra. ¶ Fiũt cauteria in pectore cuz cauterio rotũdo:ꝛ parũ ipzimit pp asma. ¶ Aliqñ ponitur seto sup oia ossa pectoris apõ radicẽ supioris furcule pp dissurtã. ¶ Jtẽ i pectore fiũt aliqñ cultellaria cauteria iter costã ꝛ costã pp empima. ¶ Fiũt cauteria pũctualia i spina pp gibbositatẽ:ꝛ pp dolores ãtiqs. ¶ Jtẽ fiunt cauteria cũ istro rotũdo sup stõci regionẽ. ¶ Aliqñ ponit sup os stõci seto pp stõci lõgã debilitatẽ. ¶ Et fiunt cauteria sb vmbilico ꝛ sup epar pp colicã:pp egritudies epis ꝛ splenis:ꝛ pp ydropisim. Et fiũt oia ista cauteria istoꝝ locoꝝ meli9 cũ setone. ¶ Fiũt ẽt duo cauteria in duabꝰ ãchis pp dolorẽ ãcharũ/sic supi9ẽ declaratũ. ¶ Fiunt duo cauteria cũ cauterio rotũdo:qđ parũ ipzimit sb duob9 poplitib9 pp dolorẽ genuũ testiculoruz ꝛ mrticis. ¶ Fiũt duo cauteria i duob9 fõtib9 sb genu cũ cauterio ad anodulũ:q ualẽt ad remouẽdũ debilitatẽ toti9 corpis: qñ mltũ oẽs ptes suptores euacuãt:adeo q plres vidi q aliqb9 plenis humoribꝰ faciebãt ibi cauteriũ añ purgationẽ:vñ pp nimiã hũoꝝ defluẽtiã crura tumebãt:adeo q locꝰ cauterizat9 corũpebat:ꝛ cãcer ibi fiebat:q difficile curabat. ¶ Sub pedis cauilla ꝛ supꝫ calcaneũ fit cauteriũ pp egritudies genitaliũ tã i mlieribꝰ q; i viris:ꝛ inter digitũ ꝛ digitũ pp podagrã sic i mãu dixim9 de cyrurgia ¶ Et nõ q si tu purgasti aliqđ corp9 pp aliquã antiquaz egritudinẽ plies/ꝛ nõ qualuit:postea fecisti cauteriũ ꝛ nõ qualuit:nec pp hꝫ despes:ſꝫ ipz bono ꝛ largo rege regimine:si oz egritudinẽ augmtare. Postea pfortato corpe redies ad purgõnẽ:ꝛ ultie cauterizꝫ:ꝛ cauteriꝫ tpe cibis bonos hũores gũantib9 egritudini ꝛrios ipm rege ꝛ virilr age/donec tuũ pfeqris ppositũ. Mã sic faciẽdo tu debes oẽz curare mor:bũ. ¶ Sed qđ multi factũ:dãt in antiq

morbo vnã medicinã: z si plus dãt z nõ videak cõferre/ cadũt in lassitudinẽ z dimittũt: z si plus dãt nõ iponũt spa tiũ mittẽdi: ꝫ ꝓtinuãt/donec egrũ ad pditionẽ pducunt. ¶ S. ꝙ dicit ꝙ magn⁹ pudor ẽ medico qñ nõ scit egro succurrere qñ morb⁹ diuti⁹ plõgat. i pacutis nõ est ita pu dor: qñ nã ibi cito deficit: que nõ põt morbi fortitudinez sustinẽ. ¶ Fit ẽt cauteriũ sup carnẽ corruptã donec suc/ cessiue corruptũ totaliʳ auferat: z in ꝟ casu possum⁹ uti: z est ualde bonũ oleo feruẽti: qđ sup corruptionẽ spgam⁹: ita tñ ꝙ loca sana oleũ nõ attingat. Et hi modi auferẽdi corruptionẽ sũt nobiliores q̃ qñ auferʀ cuz cauterio uel caustica me⁹. Et cũ me⁹ caustica voluerit⁹ oparí: pcede ꝑm doctrinã que tibi dabiʀ in antidotario huius libri.

¶ De cura cõbustionis ignis aque cal'e uel olei. doctrine tertie. tractatus tertij. Caꝑ. XIX.

m **Embrũ** ab igne aq̃ uel oleo cõbustum vna duarum indiget intentio num. Una est in ꝓncipio anteq̃z locus combu stus inciꝑat uesicari: z tũc medicinis idiget multa frigi/ ditate pticipãtib⁹. Postq̃z ãt loc⁹ est ulceratꝰ: qñ tu a ꝓn cipio nõ fuisti: aut qñ lesio fuit magna: qñ mẽbrũ ab ul/ ceratiõe defẽdẽ negsti: tũc me⁹ idiges min⁹ frida ꝟ plus fic. cui⁹ siccitas sit stiptica nõ corrodẽs. ¶ Medicie sim/ plices i ꝓmo casu ualẽtes: sũt acetũ z oẽs spẽs luti z mar mor trit⁹ oẽs sanda. sola. aq̃ ro. aq̃ cucurbite. v̊ge pa. z ois aq̃. z herba frida. ¶ Cõpo⁹ bonũ est vng⁹ fcñ de olo ro. cũ vitel. ouoz. Itẽ lẽtes excoriticate cũ oleo ro. z vitel. ouoz. Itẽ bolus ar. cũ aceto: z ꝟ oia supponanʀ frida: z se pi⁹ renouenʀ: ne accñtalis calitas plus ad uesicãdũ faciat q̃z fríditas possit defẽdẽ. ¶ Medicie v̊o que ualẽt i casu scdo: sũt vng⁹ de cal. qđ sic fit. ℞. cal. vi. bñ cocte: q̃ fuit ɔ duro lapide: z abluas illã de aq̃ frida: dõec tota sua acui tas auferaʀ. postea cũ oleo ro. z pauca cera fac vnguẽtũ. ¶ Hoc ẽt aliʳ fit ꝟ Raſ. ℞. cal. z pone i aq̃ frida: z dimit te ꝑ magnã horã cal. residẽ. postea aquã abijce: z cal. so/ lã dimitte: z cũ olo ro. distẽpa z fac vng⁹. ¶ Ung⁹ ꝙ Raſ de ceruſa: qđ ponit i antido. qđ ualet ad oia ulcera ca. z excoriationes ualẽt ultime in hoc casu. Ita per illd vnguẽtũ excuſo: ab alijs: ualet añ uesicationẽ/ qñ prohi/ bet: z ualet ꝙ solidãdo postq̃z locus fuit ulceratus. ꝑpte/ rea nõ alias ponã ulterius medicinas.

¶ Dzefat⁹ oium bonoz de⁹: cui⁹ nomẽ sit bñdictũ in scla tertiũ tractatũ huiꝰ libri cõpleuit feliciter sua plenissima charitate: z cui⁹ ꝙfidẽtia q̃rtũ audeo ichoare petẽs ab eo iuuamẽ/ ut mihi peccatori subueniat: qui filiũ vnicũ pro peccatoz iuuamine voluit imolari. ¶ Incipit q̃rtus qui est de algebra: z cõtinet duas summas siue doctrinas.

¶ Doctrina ꝑma tractatus quarti cõtinet. vij. capla.

¶ De fracturis ossium sermo generalis. doctrine ꝑme. tra ctatus quarti. Caꝑ. I.

**Sſa diuersis** modis frã/ guntur: z ꝟ

o Aui. in suo capło gñali ponat noia fractu rarũ: z sit ei⁹ itẽtio in illo gñali capło de fracturis oib⁹ cõprehendẽ: nos de fractu ris sum⁹ sic possum⁹ expedire: reducã oẽs alios modos fracturaz ad tres: z sub illis oẽs notare mo dos alios laborabo. ¶ Os aliq̃ frãgit ex trãsuerso eq̃ liter: ita ꝙ in fractura nullũ ab osse frustulũ sepaʀ: z uoca tur fractura eq̃lis. Aliq̃ in frãgẽdo os ꝓtũdit z mollit: z ide frustũ uel frusta sepanʀ: z tũc frustalis dr: uel ab ali/ qb⁹ petialis. Aliq̃ vo nõ ex trãsuerso: sed in lõgũ rũpit seu scindit: z tũc aptura dicit uel scissura. ¶ Iterũ ossa ꝟ que frãgunʀ aliq̃ sola sũt: ut in adiutorio z coxa: aliquã do soctũ hñt: ut in brachio z in crure: in qb⁹ locis aliquã do frãgunʀ ambo: aliq̃ uñ vnũ. ¶ Itẽ ꝟ aliq̃ frãgũtur ad iteriora mẽbri: aliq̃ ad exteriora: aliq̃ cũ vulnẽ uel carnis ꝓtusione: aliq̃ nõ. ¶ Itẽ aliq̃ cũ apate z dolo/ re: aliq̃ sine apate z dolore: que oia sicut diũsificãtur in dispõib⁹: sic z in earũ curationib⁹ diũsificanʀ. ¶ Gñia lis regula in cura rupture ossiũ est talis itẽtio: ut q̃tũ citi us z firmius z pulchri⁹ põt ad statũ: z ad figurã pstinam reducanʀ. Scdm intẽtionẽ accñtis ipediũt aliq̃ fic apa: dolor fortis/ uleus/ frustulum pũgẽs/ caro cõtusa: que oia nos cogũt reductionẽ differre donec accñtia deleantur. Propter ꝟ dixit Hyp. ꝙ nõ rectificenʀ fracture uel disloca tiões añ septimũ dẽ. Sed. G. vidit eẽ melius ut incõ/ tinẽti fiat: dũmõ nullũ ex pdictis impediat.

**Signa** fracture ossis si sũt ꝑm latitudinẽ sunt satis manifesta sensui: nã via manifesta videtur mẽbri in aliqb⁹ plicatura z forma diũsa. z ꝟ forma nõ diũ sek in ꝑn⁹ ut per visum scire nõ possis: per tactũ manife/ ste sentiʀ. Nã cũ supra os fractũ sapiẽter manũ cõprimis tu sentis ossis diuisionẽ cũ tactu: z audis sonũ crepitan tis ossis: cũ factis cũ manib⁹ ꝙ capita ossis fracti ad iuicẽ ꝙfricenʀ. ¶ Lũ ꝙ fractura est petialis seu frustalis: tũc sentis cũ ruptura petiã seu frustulũ qđ nõ est in ordine: sed carnẽ fractã stimulat circũdatẽ. z sup locũ fractũ eger sentit pũcturã: maxime si manũ cõpresseris supra locuz. ¶ Ruptura vo per lõgũ magis est occulta tñ cognoscit eo ꝙ mẽbrũ ingrossat in ꝓfundo: z ꝙ etiã sentis ossis in naturalẽ grossitiẽ cum tactu: z cum eger cuz mẽbro labo/ rem non sustinet consuetum.

**Curatio.** Cognito q̃ ꝙ os est fractũ: si est extran/ uerso mẽbri: z si nõ sit ibi petia siue fru/ stulũ qđ debeat remoueri: ptes ossiũ cõiunge ut recte se opponãt: ut pstinã formã mẽbrũ recipiat z figurã: z cun/ cta fac per ordinẽ que dicenʀ in pticularib⁹ cuiuslz mem bri restaurationib⁹ huiꝰ tractat⁹. ¶ Si vo eẽt ibi frustu/ lũ carnẽ pũgẽs segregatũ ab alio: vide si se firmiter tenet z si sic: conare illud cõprimẽ suo loco z cõduc z liga: ut il lud frustulũ ossis cũ ruptura alia soliđeʀ. Nã hoc melius est q̃z frustulũ ab alio remouẽ. ¶ Si vo adeo parũ se te neret cũ sano/ ꝙ nõ posset ulteri⁹ solidari: nec ẽt ad locuz vñ sepatũ fuerat põt reduci: sed carnẽ stimulat musculo/ sam: ita ꝙ dolorẽ facit cõtinuũ: qui cã est ꝙ loco supue/ niat apa: tũc est ibi neẽtũ sup locũ carnẽ incidẽ: z frustu/ lũ pũgẽs cũ instrũis cyrurgicis remouẽ: z demũ os redu cere: z mẽbrũ curaʀ sicut curanʀ mẽbra qb⁹ vulnera sup/ ueniũt cũ fractura: sicut in pcedẽti trac. ꝑmo ꝓprio capło ꝓtineʀ. ¶ Oꝛ si cũ fractura ossis eẽt magna carnis ꝓcus/ sio: tũc nullo mõ mẽbrũ liges donec illa concussio fuerit penit⁹ cõfirmata cũ oleo ro. z puluẽ mirtillorꝛ ꝑm ꝙ su/ peri⁹ hꝑbuisti. Nã si carnẽ cõcussam sub ligatura dimitte res neẽtio corrũperet z putresceret: z eẽt cã cũ qua corrũ peret totũ mẽbrũ. ¶ Itẽ si eẽt ibi dolor fortis aut aposte/ ma: ꝑus debẽt sedari q̃z mẽbrũ fractũ cũ ligaturis ad fra/ cturã ptinẽtib⁹ ꝙstringaʀ. Immo si mẽbrũ fractũ eẽt mõ debito ligatũ: z fortis dolor: uel calidũ apa supueniat: aut pzurit⁹ itolerabilis: cogit medicus mẽbrũ soluẽ: z accñ/ tib⁹ illis succurrẽ mẽbrũq̃z solutũ dimittẽ/ donec accidẽ tia sint remota. Sedat igit medicus dolorẽ cũ vnctione cũ oleo roꝛ. calido postq̃z mẽbrũ soluts apa remoue ꝑm ꝙ suo capło est supius declaratũ. ¶ Pzuritum remoue mẽbrum cum aqua calida: ubi parũ salis fuerit embrocã do. ¶ Cum autem hec oia cessauerint accidẽtia ad mẽ/ bri redeas ligaturam.

**Dieta.** De dieta tã fractoꝛ q̃z dislocatoꝛ gequid di cãt alij: scias ꝙ in ꝓncipio est ei subtilis dieta necessaria: ut sit semp tua intẽtio cũ dieta z alijs apa calidũ ꝓhibere: qñ nõ est res que tã cito apa calidũ auferat q̃z vinũ z carnes: que gdẽ ut dictũ est a pluribus cõcedũ tur. Sed trãsacto tpe cursus humoz: z qñ est ab apate, se curus: des ei bonas carnes z viscosas: ut pedes z uẽtres aialium z pultes de tritico z vinũ rubeum: ut ligamẽtuz possit fortius generari.

¶ De fractura ossium faciei. doctrine secunde. tractatus quarti. Caꝑ. II.

n Asus aliqñ fragit:z aliqñ cõprimit qb⁹ si cito succurrat restaurationẽ recipiũt sanitatẽ.si aũt nõ oportebit sic in ppetuũ remanẽ. ¶ Tu aũt sic facias mitte digitũ sinistre man⁹ idicẽ uł mimũ usq; ad locũ fracture p vnã ex narib⁹ p quã magis possis accedẽ ad fracturã:z manuz dextrã ex pte supiori cõprime sup fracturã:ita q; cum digito eleuato z manu cõprimẽdo reducas os in locuz suũ:quo reducto fac lichinũ vnũ fortez tale q; possit itrare narẽ:z tã longũ q; supẽ fracturã attingat. Et illud lichinũ cũ cera cala i q̃ parũ sit de ſbtili pluẽ masti.z san.dra.coopi facies ide fiẽ cãdelã q̃ sic ꝓpata ponat in nasuz. Supẽ vo pone vnũ de ꝓsolidatis q̃ dicenk in fine. Circa vo nõ negligas defẽsiuũ ponẽ:z nasuz liga cũ plumaceolis positis hincinde:z ꝑm ifra z supẽ:siẽ dr i 2o trac.ca⁹ de vulneribꝫ factis. Si vo nõ posses imittẽ digitũ fac tẽtã de ligno z ipsam coopias de pãno lineo uetusto:z vnge illã in oleo ro.z ponas illã in nare loco digiti:z nasuz cũ ipsa ad supiora eleua:z cuz manu alia supius cõprime:donec reducas os in loco p/prio qõ fractũ fuerat uel plicatũ. ¶ De dieta vo z de flõmia uel uẽtositate clisteri uel suppositorio facias sicut tibi videbit expedire. ¶ Retine semp in mẽte tua regulas sepe superius repetitas.

Curatio mãdibule fracte. Si vo frãgit mãdibula:tũc si sinistra sit fracta appone digitũ idicẽ z ipudicũ sinistre man⁹i os:z supẽ eleua os qõ ẽ ad iteriora plicatũ seu fractũ:z cũ manu dextra cõprime supra:z ita cũ duab⁹ manib⁹ eq̃. Et si mãdibula dextra fracta fuerit:ipone digitos dextre man⁹in os. ¶ Facta reductiõe siẽ scis:qm̃ dẽtes lese mãdibule pñt cũ sanis dẽtib⁹ ꝓtigi:tũc liga cũ forti filo icerato dẽtes ptis sane cũ dentib⁹ ptis lese:siẽ sit sepe filũ iter dẽtẽ z dẽtẽ multiplr̃ iuoluẽdo. Postea pone supẽ vnũ de ꝓsolidatis z liga talr̃ q; ligatura tẽdat ad ptẽ posteriorẽ capitis.firmiter torqueat ad collũ ꝓpe caput:z redeat ad frõtẽ.postea retorq̃at ad lesam mãdibulã:ita q; vna ligature iuolutio semp aliam firmãdo sustẽtet:donec mãdibula p ligaturã sit bñ firmata. ¶ Patiẽs comedat cibũ sorbilẽ ne sit ei necessarium masticare. ¶ Fractura vo in facie:quoniã ossa sunt ibi mollia debet in diebus.xx.uel pauciorbus restaurari.

¶ De fractura furcule pectoris siue gule.doctrine prime. quarti tractatus. Caꝑ.III.

f Urcula gule que a gbusdã dr patena ab aliꝭ gule cathene aliqñ frãgit:z cũ neutra ptiũ fractarũ depmit:cura est leuis satis. Sz cũ ps fracta ualde depmit ita q; caput ptis vni⁹ descẽdit sb capite ptis alteri⁹:tũc est reductio difficilis. ¶ Cũ aũt neutra ps depmit nõ est tibi nečiũ ꝑhabẽ plumaceolũ de stupa bñ factũ:z madefactũ in albumine out:qõ ponas supẽ locũ z locũ firma cũ ligatura:manũq; lateris illi⁹ ponas ad pect⁹:z brachiũ ad collũ liga:sb titillico ponẽs pillã pãnoz:z talr̃ firma brachiũ q; humerus nõ possit ad ptẽ furcule declinare:z sic obꝺuek donec furcula restauret. ¶ Si vo foret ad iteriora depssa:tũc est nečiũ ut miſter aliũ brachiũ cũ humero eleuet z extẽdat z fortiter teneat:z ali⁹ ad ꝓtiũ ceruicẽ trahat z caput:z medic⁹ cũ manib⁹ locũ trahat:z equet os in suo scemate. Deinde hẽat petiã pãni in medicina cõsolidatiua intinctaz:z ex ea totã circũdet pro posse rupturam:z ponat saldellas stupeas cũ ouo. deinde supra ponas astellas in cruce positas:z liget caute:manũq; z brachiũ liget ad collũ:ut supra.sicq; ligata seruet donec plenarie restauret.

¶ De fractura spondilium z costarum.doctrine ꝑme.q̃rti tractatus. Caꝑ.IIII.

s Pondiles pp eoz puritatẽ z fortitudinẽ nõ frãgunt:sz pp percussionẽ fortẽ ꝓterunt:z pp eoz triturã molesta sequũt accñtia:maxie cũ spõdilib⁹ accidit colli pp nuche lesionẽ:p quã cerebrũ cõpatit ut sciuisti. ¶ Si q̃ in casu isto videris mala accñtia fuge. Si naũt conare resistẽ ne supueniat apa cũ ifusiõe oĺi ro.calr̃:z suppõe terbẽ.lauatã cũ pauco mastice dõec loc⁹ ubi fuit pcussus sit firmat⁹.

Costarũ nũm audiuisti:sciuisti q̃z q;.vij.ex.xij.ex utroq; latẽ sũt cõplete q̃ firmũ a duobus eoz capitib⁹ ꝑñt situ. Alie vo.v.diminute dicunt:q̃ firmaz nõ ꝑñt cohereticã nisi retro:sz añ motui uẽtris cedũt:q̃re si costis maioribꝫ accidit pcussio uł ꝺ supẽ rẽ dura fortiter sup costas ceciderit:frãgi poterũt z plicari. Sz si sup falsas costas ceciderit uł pcussus fuerit:mẽbra iteriora sb ipsis cõtẽta ledunt potius q̃z costis illis accidat ut frãgank.

¶ Signa p q̃ costã ruptã cognosces sũt:q; si manũ posueris:z leuiter palpaũs locũ ruptũ iuenies:z coste sonũ audies crepitatis:egerq; mutat ãhelitũ:z it⁹ i latẽ dol.sentiet pũgitiuũ:sz ꝺ ultia sig̃ plicature coste coicank z fracture.

¶ Coste fracte restauratio difficilẽ:qm̃ utplrimũ cũ frãgit ad iteriora ps vna plicat:quã ẽ difficile ad locũ debituz eleuare. Nã q̃uis gdã i ꝺ dixerit casu:q; eger cibos comedat i flatiuos:ut ide gñata uẽtositas costaz ad supiora redire cõpellat. ¶ Et alij dixerũt apponẽdo ibi uẽtosaz cui⁹ attractiõe costa supi⁹ educat:tñ plus timem⁹ nocumtũ qõ p hec oia põt accidẽ:q̃z de ipsoz iuuamie ꝓfidam⁹ vnũ nãq; ipoz.s.pmũ calz gñat apa.2m ẽt nõ tñ:sed plus ẽt ꝺuoz ad locũ attrahit q̃z opz. ¶ Tu autẽ sic facies. Si eger plen⁹ẽ fac ipz de basilica minui alteri⁹ lateris postea de eodẽ. Si vo nõ ẽ plen⁹ suffic̃ de eodẽ. Deide vnã tuarũ manuũ vnge viscoſterbẽ.uł pice/ponesq; sup costam depssam manũ leuiter applicãdo:manũ vo aliã pone supra ptẽ nõ depssaz:z ꝑme ifra:manũ aũt aliã vnctã eleua ſbito:z tãtũ facies si potes q; fracte coste capita ꝓtũgank. Et tũc egrũ tussire iube:qm̃ sic meli⁹ reducek. Si vo nõ timeres de corpis plenitudie:potes ẽt ponere uẽtosam.

¶ Costa reducta ponas corpuscula de stupa sup costas laterales:z liga binda lata:ita q; binda p corpuscula sup lateralib⁹ costis posita sup costã lesam cadẽ nõ pmittat: nec costã fractã possit ad ptẽ aliquã denegari:ꝑbẽs egro dietã leuẽ:ut pultes de cãdaruso/de amido/de tritico cũ penidijs:z vinũ oulce tẽperatũ:z ꝓhibẽs ipm ab ira/clamore/z reb⁹ oĩb⁹ tussim faciẽtib⁹. ¶ Si vo dolores nõ cessarẽt:eo q; costã nõ potes reducẽ:imo tussis augmẽtarẽt:z pũgitiu⁹ doloz z febris accideret.facta tã flõmia tũc opz te sup costã que dyafragma uł aliũ depmit pannicullũ icidẽ cutẽ z carnẽ z illã costã detegere:z eã cuz instris manualib⁹ ad supiora reducẽ ut cessent accñtia:z vuln⁹ postea curare ad instar vulnerũ aliorz. ¶ Dieta tũc sit ut dieta pleuretici donec febris z accñtia sint remota.

¶ De fractura adiutorij.doctrie ꝑme.trac.q̃rti. Caꝑ.V:

a Diutoriũ sepe frãgit ex trãsuerso:q; qdez fractura q̃tos magis erit ꝑpe iũcturã:tãto magis ẽ difficil⁹ ad curãdũ Donã g̃ distincte modũ cognoscẽdi rupturã:z modũ restaurãdi usq; ad finẽ:ut sit tibi exẽplũ i ruptura brachij crurũz z coraz:nisi pp ea q; ꝺ distincte dixero:breui⁹ ptrãsibo.

Sic ergo cognosces adiutorij fracturã:fac vnũ mistrũ cũ duab⁹ manib⁹ adiutoriũ sumẽ ꝑpe humerũ qui talr̃ ipm teneat ne possit ad ptẽ aliquaz declinare. Tu vo corã egro dispositꝰ cũ duab⁹ tuis manibus adiutoriũ ꝑpe cubitum apphẽdas:z leuiter huc z illuc moueas:donec sonũ ossis audias:z cũ tactu locũ fracture cognoscis manifeste:z ꝺ inquisitio locũ hẽt qñ neutra ptiũ ossis fracti ad ptẽ aliquã declinat:qñ qñ declinat vi debis in loco adiutorij nõ nãlẽ eminẽtiã manifestam.

¶ Cognita ruptura semp anteq̃z opus icipias oia ꝑpara tibi nečia gb⁹ ad ligaturã te sciueris idigẽ. Fac g̃ ꝑmo stupas planas eq̃les bñ solidas in aq̃ madefactas calida in hyeme:z frigida in estate:quã de stupis expmas:z ꝑpara tibi oleũ ro.z defensiuũ de bolo:z bindas duas lõgas q̃uor digitoz latitudine latas:z panniculos:qui possint totũ adiutoriũ circũdare:chordã quoq; fortẽ:que melior

erit si plana fuerit nō rotūda ꝛ v̄gulas lignoꝝ siccorū fortiū subtiles ꝛ cānulas sambuci uel alteri⁹ ligni pforatas per q̄s ille v̄gule possint itrare: gb⁹ oib⁹ sic paratis ossa reducas in suo scemate cū manib⁹ q̄tūcūq; potes leuiter opando: ꝛ petiā pānī uetusti madefactā in oleo ro. ꝛ aliq̄r expssam sup cutē imediate ponas. Sup illā petiam ponas aliā petiā grossioris pānī cuꝝ emplo ꝓsolidatiuo qđ dicet in antidotario ad fracturaꝝ: ꝛ iste due petie sint adeo magne: ꝙ totā teneāt fracturā ꝛ vnū palmū ex trāsuerso a q̄libet latē fracture. Sup illas pone faldellā vnā stupeā bñ factā eq̄lē in out albumie madefactaꝝ: ꝛ h̄ oia liga cū binda q̄tuo: digitis ampla ꝛ satis lōga: ut possis uolutiōes ibi plures facē sup locū fracture magis strin gēdo ligaturā: ꝛ q̄to magis ligatura a loco fracto elōgat paululū relaxādo. Et cū acu sue vnāquāq; binde iuolutionē: ut p̄ma ꝛ iferior iuolutio supiori ꝛ ultime sit cōiuncta. Sup̄ vo hāc ligaturā aliā ponas faldellā stupeā que sit solū madefacta in aq̄: ꝛ expssa nō in alio medicamine iuoluta. sup illā faldellā colloceñ astelle: sup astellas collocenk chordule cū cānulis que strigank mediocriter: ꝛ v̄gule transeant per cānulas ne ligatura ualeat relaxari. ¶ Nō tñ ꝙ strictura que fit in isto loco ꝛ fili debet esse medio mō facta. nō adeo ꝙ locus denigret. Sūt enim aliq̄ qui adeo strigūt ꝙ motiuus spūs nec vitalis ad mēbrū trāsire pōt. Et videtes locū inflatū querentes ab egro de doloribus: ꝛ ipsi credentes ꝙ strictura fuit ad bonuꝝ cū dolorib⁹ nō ꝙquerunk: q̄ sic dimittūt donec mēbrū totū fuerit putrefactū: ꝛ tūc ex mēbri corruptiōe vitalis ifficit spūs ꝛ icurrūt febrē aut spasmū: de gb⁹ plurimi mortunt. Qđ q̄cito videris mēbrū solue ꝛ ei succurre sic habuisti in cap⁹ gñali. ¶ Sup̄ vo locū fractū vsus hūeruz vnge cū defensiuo de bolo: ꝛ si nullū maluꝝ supuenerit accñs: ut dolor intolerabilis: uel i sensibilitas: uel apa uel pruritꝰ nō soluas usq; ad decē dies in hyeme: ꝛ septez in estate. Tūc solue leuiter ne moueat mēbrū ꝛ locū ꝓsidera si est bñ. si sic itez religa in oib⁹ sic pus. ¶ Luꝝ aūt bñ ꝓsolidatū fuerit stupas i bono vio calo suppone. Si vo post pfectā ꝓsolidationē circa locū aliq̄ durities remanet illā remoue p̄z doctrinā quā hēbis i antidota⁹ h⁹ libri

**Brachii** ossa frāgunt aliq̄tiēs ambo: aliq̄tiēs tm̄ vnū. Cū ambo frāgunk pet⁹ est q̄z cum vnū. in oib⁹ ꝛ p oia reduc ꝛ liga: ꝛ cūcta obꝛua que i fractura adiutorij dixim⁹ obꝛuāda. ¶ Si vo tm̄ vnū frāgit ex ossib⁹ nō ē tibi nečiū astellas apponē: q̄m os sanū ligatura sustinet: ne os fractū ligatū possit ad ptē aliq̄z ꝺcliare.

**Digitorū** ossa pp eoꝝ puitatē ꝛ fortitudinē vix frāgunk ꝙ si acciderit ea frāgi cū ligamib⁹ strictis ꝛ cū astellis ꝙuenietib⁹ reducank. ¶ Et scias ꝙ digiti q̄uis sint pui idigēt magno igenio ꝛ cautela

**Bleta** in oib⁹ fracturis hoꝝ locoꝝ fit a p̄n⁹ sbtilis: in fine vo igrosset sic in gñali cap⁹ iā sciuisti.

¶ De fractura ossis coxe uel pedis. doctrine p̄me tractatus quarti. Cap̄. VI.

c **Tm os** coxe rūpit uel aliq̄ os pedis noiando pedē coxaꝝ ꝛ ifra. ꝙ cedas in oib⁹ ꝛ per oia p̄m ꝙ dictū est: i adiutorio brachij: ꝛ in digitis i cap⁹ p̄cedēti. hoc addito ꝙ post ossis coxe: ꝛ ossiū cruris reductionē sp opz crus locari in albiolo seu ꝙchella que sit ad moduꝝ cruris formata: ita ꝙ nō possit ad ptē aliquā declinare. ¶ Nečiuz est ēt ut eger supin⁹ semp iaceat: donec os fuerit ꝓfirmatū: ꝛ ē sūmope cauēdū ne crus fractuꝝ seu tybia remaneat altera breuioꝛ aut magis longa: sed semp debes ambas tybias ad eandem longitudinem mensurare ꝛ mensuratas in eandem longitudinem conseruare.

¶ De plicatura ossiū in pueris. doc. p⁹. trac. 4⁹. Cap̄. VII.

a **Lcidit** a casu uel pcussiōe ꝙ q̄dā ossa tenera ꝛ subtilia: ut mādibula ꝛ costa in aliq̄b⁹ pueris: ēt ossa brachioꝝ ꝛ cruriū sine fractura plicari: ad que reducēda. si maxilla fuerit manuꝝ seu digitos in os ponas p̄mēs ad ex: sicut dixim⁹ in fractura ossiū facies: manū aliā termētina uel pice linitaꝝ suauiter ab ex p̄me: ꝛ citi⁹ eleua. h̄ idē fac in costa. ¶ In osse. vo cruris ꝛ brachij utaris ligatura cōpetēti ponēdo astellā fortē ex pte plicata recta: ita ꝙ cū stricta fuerit uale at ad rectificādū mēbrū illud sua grossitie attrahēdo. mē bro ꝑ⁹ fomētato: cuꝝ aqs decoctionis camo. malue. bismalue. fenug. seis lini. vnctio olei de lilio uel piguedis anseris uel galline. Ualet etiā multuꝝ siut multotiēs est ꝓbatū: ut ex pte plicata laminā ponas de ebore seu osse elefantis ac pectē: uel aliud tale: q̄m ex vtute illi⁹ eboris os ꝑ⁹ eburattrahit: ꝛ sic attractū recipit p̄mā formā.

¶ Explicit summa p̄ma siue doctrina p̄ma tractatus q̄rti cum dei auxilio.

¶ Incipit 2ª que est de dislocationib⁹. ꝓtinēs ꝙq; capla. ¶ De dislocatiōe p̄mo ulis. doctrie scde trac. q̄rti. Cap̄. I.

**Scum** osse ꝓiūgit in corpe humano vno quatuor modoruꝝ.

o ¶ P̄imo per viā isertionis dentalis: ita ꝙ vnus dens ptis vnius intret uacuitatē inter dentē ꝛ dentē partis alterius: sicut factū aliq̄ tabularū icisores cum lignū albū ꝛ nigrū inserunt: ꝛ dentaliter ꝓiungūt: ꝛ ita ꝓiūgunk ossa capitis. ¶ Scdo mō per ifixionē ossis in osse: ut dentium in mandibulis. ¶ Tertio mō per appodiationē seu aggregationē ossis cū osse ut ossa. 7. pectoris. ¶ Quarto mō per ligationē ossis cū osse mediāte ligamēto qđ est corpus flexibile forte isensibile qđ ab ossib⁹ egredit ꝛ illa ꝓiungit: cui⁹ anothomiā ꝛ iuuamēta supius audiuisti. Cōiunctio ista ultima ossis cum osse ꝑ⁹ie appellat iunctura: eo ꝙ est in ea ossiū diuersitas ꝛ sequestratio manifesta: ꝛ eo ꝙ per ipsam tūcturā bñ pōt os moueri sine motu socij sui: q̄m h̄ cōtedit flexibile ligamētū. ¶ Circa hāc tūcturā ultimā pōt fieri dislocatio sola. circa vo alios coniunctionis modos minime: sed pōt ibi fieri aptio segregatio seu motio Fit ēt in tūctura quedā mēbri tortio que dr dislocatio nō cōpleta. ¶ Loca ḡ in gbus pōt fieri dislocatio sunt locꝰ ubi ꝓiungit mādibula iferior cū supiori: locus ubi spondilis colli ossi ꝓiungit basillari: ꝛ loca omnia inter spondilē ꝛ spondilē: ꝛ sunt loca ubi spatule ꝓiungunk: cuꝝ adiutorio ꝛ loca cubitoꝝ ꝛ loca rachetarū oium manuum seu cauillaꝝ: ꝛ loca que sunt in iuncturis digitoꝝ: que dicunk nodi: ꝛ in vnoquoq; digito sunt tria: ꝛ loca in gbus ossa coxaꝝ ꝓiūgunk cū anchis: ꝛ loca genuū: ꝛ loca rachetarū pedū seu cauillaꝝ: ꝛ loca nodoꝝ digitoꝝ que sūt tria in vnoq; digito. in nullis aliis locis pōt dislocatio fieri sed in aliqb⁹ locis pōt fieri separatio uel euulsio. ¶ In cō ductura dislocationū sunt qdā qui mēbrū dislocatuꝝ ponūt in aq̄ cala: ꝛ illud diu fomentāt: postea reducūt. Et h̄ mō nō factas: q̄m h̄ est cā rarificādi mēbrū ꝛ debilitādi: ꝛ ip̄m disponēdi ad receptionē superfluitatū: ꝛ aliq̄n per h̄ pixis ossis: de qua fuit os euulsum: humorosa mā replet que nō pmittit firmā facē ꝓiūcturaꝝ. ¶ Uerū est ꝙ si uocar⁹ p̄ncipio nō fuisti: sed mēbrū steterit dieb⁹ pluribus dislocatū: ꝛ p hoc loc⁹ indurat⁹ tūcture: ꝙ tūc bonū ē mēbrū cū aq̄ nō solū simplici cala que bona est: uerū ēt cum aq̄ decoctiōis malue. bismalue. fenugreci. ꝛ filiū fomētare. ꝛ post fomentationē mēbrū reducē sic debes. ¶ Sic aūt mēbrū reducas. ꝑparatis oib⁹ p̄mo que in fracturis diximus ꝑparari: mēbrū reducas dislocatū p̄m doctrinā que in vnaq̄q; tūctura tibi dabit in sequēti: ꝛ ductis ptibus pone supra cutē imediate pānū lineū uetustū in olio ro. madefactū: ꝛ suppone stupā. in medicina cōsolidatiua madefactā i cura fracturaꝝ ꝛ dislocationū dicēda: ꝛ supra pone faldellā in albumie oui madefactā. postea liga firmiter p̄m ꝙ loco ꝙuenit. ꝛ talr mēbrū apta ꝙ nō possit ad ptē aliquā uacillare: itaq; talr stringas: ꝙ firma fit ligatura: nec ꝑ⁹ nimiā strictura possit p̄rauū accñs aduenire:

sicut fuit in cap° fractur aruz supius recordatū. ¶ Si vo malū nō supueniat accūs usq; ad dies.x. nō solues nec tua medicamina renouabis. Si vo accidēs supenerit solue: sicut supradicto capitulo est ostensum.

¶ De dislocatiōe mādibule. doct. scde trac. 4ⁱ. Cap. II.

m Andibula supior nō mouet i aliq̄ aiali pterq̄z in cocodrillo: z fuit utile q̄ mādibula iferior moueret tribus de causis. Una qm̄ leuior z habilior est ad motū. 2ª est qm̄ supior est ppinqua plus mēbris nobilib° que p ei° motionē eēnt exposita lesioni. 3ª qm̄ si mādibula superior fuisset mobilis: nō eēt iter ipaz z ossa capitis fortis ꝓiunctio per cōmissuras supi° cū osse suprior: a latē dextro z sinistro cū ossib° petrosis seu mēdosis que ab ipa p cedūt. ex laterib° capitis ad alaudā: z ei° iferior ps continuat cū radicib° dentiuz qui sunt in ea ifixi. ¶ Inferior vo ex duob° cōposita ossib° ad inuicē in mēto ꝓiūctis cū ipsa suprori mādibula mediātibus ligamētis ꝓiūgit: que qdē ligamēta dura z flexibilia: ut dictuz est: cedūt officio lacertoz mādibule: q̄ mouēt trib° modis mādibulā. Mā alij descēdūt ab ossib° capitis: z ꝓiūgunt cū gbusdā partibus neruoz z nuce: z mādibulam claudūt. Alij ueniunt ab inferius: z cum quibusdaz neruis nuce cōmiscentur z mādibulam aperiūt: alij ueniunt a lateribus z mouent mandibulam circulariter in masticandō.

Hec iferioz mādibula pōt a suprori dislocari vno duoz modoz: aut eni dislocat a retro. z tūc dētes iferiores subitrāt suprores nec os tūc poterit aperi. ¶ Aut dislocat ad añ z tūc os aperit z dentes iferiores excedūt suprores: nec os pōt claudi.

¶ Et est illud signum dislocationis mādibule: q̄ nunq̄z dentes suprores cuz iferioribus coniunguntur.

¶ In dislocatione mādibule nec̄ium est cito succurrē pp duo. vnū nisi cito reducat locus lacertoz z neruoz multitudinē: arteriaz ēt z uenaz cito idurat pp multitudinē fortitudis hui° loci: z cito apat pp hūoz ꝓfluētiā z descē suz. Et loco apato pp ppinqtatē cerebri supuenit cito frenesis z febris z accūtia pessima z mors sepe. Tūc si cito succurrat cito reducit: pterea q̄ illa tūctura motū hz facilē. Mā ois que motuz hēat difficilē difficile dislocat z difficile reducitur dislocata. ¶ Si g̃ dislocatio fuerit ad posteriora: pone tuos duos digitos idices sub faucibus mādibulā ab iferiorib° duab° cōprehēdens ptib°: z polices conare ifigē in os si poteris pone cuneū cū quo os apias: z sic os apiendo leuiter: z per digitos idices sup ipellēdo reducas in locū suū: qd̄ cogsces cū dētes iferiores cū suprioribus poteris coeq̄re: osq; possit ut pmit° aperi. Si sic nō potes facē pone bindā vnā satis fortē z strictā sub faucib° ubi digitos idices ponebaz. Et mister illam bindā cū fortitudie eq̄lr trahat: z tu cū cuneo aut cuneis ad aperiēdū labores: ita q̄ tu apiendo z mister trahēdo vna hora: locū suuz caput mādibule itret: q; sic fine dubio restaurabis. ¶ Si vo ad añ fuerit dislocata: tūc pone bindā satis fortē sub mēto que totū cōprehēdat mētū z des bindā illā cū duob° capitib° in manib° mistri: qui sit retro iferi° supꝫ caput eius sedēs qui ponat genua sup hūeros egri: z bindā trahat fortiter z eq̄lr ad se. Tu vo ponas cuneū uel cuneos in ore q̄tū plus retro ponere poteris z vna hora cū mistro trahēte tu cū ciminis aperiēs os z mādibulā ad suū locū ipellas. ¶ Reductione facta locū cū ligatura z cū empło facto firma z pcipe soz bilia comedē ne masticare conet donec locus fuerit bñ firmus. ¶ Si vo nō fuisti a pn°: z locus tā est apatus: z tā febris supuenit z dolor capitis: fac caput radi z pfota caput vngēdo cū oko ro. calido cū pauco aceto z locū vnge cū oleo antiquo mollificatiuo uel cū adipe anatis uel gallinē: z conare quātū poteris ad apa sedandum: z curādū febrē: z caput ꝓfortādū: ne supueniat frenesis: z remotis accūtib° curā fac sicut supius est ostensum.

¶ De dislocatiōe spōdiliū. doct. scde. trac. q̄rti. Cap. III.

o Pondiliū dislocatio semp est dubia z molesta: q̄uis hoc sit ꝑm magis z minus. ¶ Tu audiuisti q̄ ꝑma spōdilis ex colli spōdilib° est multis debilib° ligata cum capitis ossib° ligamētis: z h̄ ligatura fuit magis alijs laxa pp motū capitis multiplicē: z q̄ ꝓiūctio que est inter ultimā colli spōdilē: que est 7ª z ꝑmā costaz que est 8ª est ēt alijs laxior pp colli motū: q̄re he due iūcture facilē q̄z oēs alie iūcture spōdiliū dislocant: z est multum eoz dislocatio timorosa. Mā si suprior ꝓiūctio disiūgat: appellat decoloratio z hoiem subito interficit: ꝓpterea q; spondilis ad interiora cōprehēsa ꝓhibet anhelitū vite nec̄iuz. ¶ Et si iūctura iter septimā z octauā disiūgit via cibi z pot° obturat: z ēt via aeris ipedit: z si aliq̄ ex alijs spōdilib° ab octaua iferi° dislocat: mēbra que sūt iferi°: q̄b° sensus z mot° per neruos a nucha uenientes ferebat: sensuz pdūt ppetuo atq; motū. ¶ Est ergo necessarium incōtinēti reducere: q̄m̄ nisi ꝑma spōdilis dislocata ilico reducatur: subito moritur eger ille.

¶ Si g̃ ꝑsens fueris egrō illuz accipe per capillos pedes imꝑme sup humeroz: ita capillos sursuz attrahendo z pedes iferi° cōprimēdo reducas. ¶ Septima vo spōdilis cū ab octaua disiūgit ualde z plus modicū expectare potest. Et si illa ēt ad interiorē ualde icedit cito ꝑficit z raro curā recipit. Si tñ curaz recipe debet nō est nisi colli extēsio z humeroz depssio ut dcm̄ est. ¶ Que vo est ad exteriora que raro fit equat cōprimēdo spōdilē eminentem cū manib° collū trahēdo supius z hūeros depmendo. ¶ Que vo est ab octaua spōdili iferi°: si q̄z fuerit ad interiora totalr dislocata nō recipit curā donec interficiat Si vo nō totalr sz tñ nuchā cōprimit mēbra iferiora sensuz pdūt z motum. Si vo ad exteriora z nō cito curat remanet ide ineternū gibbosus. Cū tñ est spōdilē elevatā cōprime q̄cūq; mō cū manib° uel cū asside lignea plana igeniata mō quo possit cōprimē. reducta supponat vnū de ꝓsolidatiuis ꝓprijs z liget. ¶ Si vo post ꝓsolidatione remanet i loco durities i motu embrocek cū aq̄ decoctiōis rex q̄ dicenk in antidota° i ca° de mollificatis durit tierū z fiāt vnctiones ꝑm q̄ ibi plene docebit z pfecte.

¶ De dislocatiōe hūeroz. doct. scde. trac. q̄rti. Cap. IIII

o Sadiutorit qd̄ mediāte ligamēto ligat i pixide spatulaz trib° modis dislocat. ¶ Uno qd̄ est plurimū: ut caput adiutorij itret sub titillicū. ¶ 2° q̄ pfiliat ad interiora z h̄ est raro pp multitudinē neruoz z pp obstaculū furcule pectoris que defendit. ¶ Tertio ad superiora qd̄ se modo habet medio. Ad posteriora nō potest ꝓpter additamentum ossis spatule dislocari.

Signa. ¶ Prim° modus cogscit eo q̄ manifeste z pvisuz sentis i titillico caput adiutorij pueni re z foueā in supmo. ¶ Qñ ad añtiora fit cogscit: eo q̄ brachiū retro remāet: nec pōt vsus añ plicari. Et vi ēt ad manifesta eminētia: z retro fouea incōsueta. ¶ Oz ad superiora pfilierit cogscit: eo q̄ cubit° nec brachiū nō pōt a corpe elōgari. Et si illū elōgare uolueris senties in sumitate spatule obstaculū ossis spatule. qd̄ ibi nālē foueā nō pmittit. Mā in humero sano cū cubitus lōge ducit a corpore quantū duci pōt fit in sūmo cubito fouea nālis: qd̄ i osse ad suprora dislocatio fieri nō pōt: eo q̄ caput adiutorij: qd̄ pixidē exiuit non pmittit a corpore cubitū elongari: nec dictam ibi foueam apparere.

Curatio. ¶ Modus ꝑm° si puer fuerit reducit sic. medicus puez accipiat a manu finistra per manū dextrā si dextrū fuerit dislocatū: z pugnū manus dextre posuerit sub titillico sup caput adiutorij z sic firmā tenēdo manū finistrā cū pugno dextro puerū eleuet a terra: ita q̄ sic in aere suspēdat. nā sic os redibit in locū suū. ¶ Si vo maior fuerit q̄ medicus non possit a

terra eleuare facias ip̄m facere sup̄ mū/z ponas pilā de ligno rotūdā pānis iuolutā sub titillico:z ip̄az apta sup caput adiutorij:z postea firma ibi sup pilā calcaneum z accipe manū:quā trahe iferius z calcaneū cōp:me vno momēto:ita q cōp:mēdo cū calcaneo:z trahēdo cū manu caput adiutorij in suā pixidē reducat. ¶ Et si sic fieri nō pōt pparet lignū qđ ad duas firmet parietes: uel ad duas ptias:z in medio illi⁹ ligni fiat fouea in qua ponat pila p̄dicta:z sit lignū in loco altiori q̄z sit hois lōgitudo:z ponat sub pedib⁹ vnū scānum:z locet pila que est sup̄ lignum sub titillico sup̄ caput adiutorij z brachiū ad iferiora per fortē ministrū firmiter teneat:z scānum de sub pedib⁹ auferat:q: sic dño p̄cedēte redibit. ¶ Si vo fuerit ad ptē anteriorē dislocatio:tūc opz q vnū manutergiū ponat ex trāsuerso egri sub assella:ita q vnuz caput manutergij uadat añ pect⁹ z aliud retro per spatulas:z det manutergiū alicui forti ad tenēdū.brachiuz vo liget cū alio ligamine retro sup cubitis z det alij mistro forti:z p̄cipiat magr utriq; mistris ut vna vice z vna hora trahāt. ¶ Medicus vo conet cū palmis os ad suū locuz cōp:mē. Cū aūt caput adiutorij senserit medicus eē pxidi oppositū p̄cipiat magr mistro qui tenet cubitum ut illud relaxet:z sic caput adiutorij reducet. ¶ Eodē mō per duos fortes mistros qñ facta est ad supiora dislocatio corpus z brachiū extēdat:z medicus conet os adiutorij cōp:mere cū palmis iferius donec ad locū reducatur. ¶ Reducta in statu p̄stino:pone sup̄ dislocationez imediate sup̄ carnē pellā intincta in oleo ro.z supra illaz pellā pone 2solidatiuum:postea faldellas de stupa in albumine ouī intinctas:z humex lata inuolue fascia sapienter:que p̄cedat ad oppositā sub assella z supra humerū oppositū:z ad eūdē locū dislocatū:iteruz reducat:qđ totiēs fiat donec ligatura facta fuerit bñ firma.ficq; ligatus pmaneat usq; ad.x.dies:nisi aliqđ eṙneū accidat qđ uelle:ut dolor itolerabilis p:urit⁹ uel ap̄a. Hā hec te cogūt mēbrū soluē z accēnsa sedare:demū iterū religare.

ne. Et vō qui in oculis habet maximuz dolorem subue/
nias sic. ℞. ossimā que est herba que uenit de ultra ma
re:z semē ruthe z pista eas: z accipe ouū z coque euz sb
pzunis:ita gp sit molle:z aperto ouo mitte in eo puluerē
dictarum rerum z misce bene z bombicem supra oc'los
pone:z supra bombicem res predictas que sunt cuz ouo
pone post auriculam in sūmitate fac exire sanguinez:aut
minuas sanguinem de puncta nasi: aut de uena lachry/
malis z da ei aliquot pillulas ad purgandum caput. ℞a
di.robie matris siluez camphora parū misce cum aqua
z pone bombicem cum eis supra oculos.

¶ Capitulum de cura turbationis oculorum qui turban/
tur propter uarias medicinas.

o J oculi sunt turbati ꝓpter multas z varias me/
dicinas sume melletas uel pomulas: z coque
eas in aqua pluuie:z cuz cocte fuerint pista eas
z ipsis pistatis misce urinam pueri habentis.v.annos.z
ꝓfice simul in modū vnguēti:z cuz bōbace sup oc'los po
ne. Itē ℞. violarū flores z folia rose.z coque eas in aq̄
z cum illa aqua tepida lauabis oculos. Item lingue ista
phisagrie pistentur z cum oleo amigdalarum amararū
misce z fac in modum vnguenti z cum aliqua re iter ou
as palpebras pone.

¶ Capitulum de infirmitate illorum qui pergunt per ni/
uem z eis infirmitas accidit z de ipsius cognitione.

Infirmitas que accidit hoib⁹ euntibus per niuē
i in hyemali tpe est talr cognoscenda: q̄ ille qui
patitur nō pōt videre aliquem splendorem: et
semp stant eius oculi lachrymosi. Cura talis est. Accipe
oleum seminis lini z pone in lucernam z pone papiruz
in ipsa z fac lumen sicut fit de alio oleo: et ꝫ facto accipe
pēnam vnam z pone ipam supra fumum predicte luce
ne: z cum pēna erit bene denigrata de fumo dicti lumi
nis dimitte ipsam ifrigidari: z ipsa ifrigidata in oleo po
ne: z si hec medicina non ualet: sume spicū allei z pennā
seu ferrum frica cuz ipso ita q̄ sumat succum eius: z mit
te in oculum: z si cum hac non liberabit: puluis antimo
nij non liberabit.

¶ Capitulū de cura cataractarum que ueniunt ex flegma
te z melācolia: z de preparatiōe seminis plerusande: qō
est semen nigelle.

Lerusandū est semē nigelle. Accipe ergo dictū
p semen z liga eū in petia: z accipe pulmonē hirci
z api eū z in ipso pone dictū semē cū petia: z cuz
panis mittit in furno ea hora mittat ipse pulmo cū dicto
seie ad coquēdū: z coquat q̄tuz panis. z sume folia spini
albi: z pista z exhe succuz eius: z in illo succo mittat dictū
semē calm ficut exhit de pulmone: z in ipo dimittat ge
scere per noctē: z postq̄z fic geuerit aquā clarā que supi⁹
manat suauiter remoue z pīce. Semē autē z sbaz folioz
retinebis: z ad solē ficcandū pone. qñ ꝫo ficca fuerit pul
ueriza optime. z cuz aliquātulo aloe z cāphore mittat in
oculo patiētis. ¶ Itē. ℞. linguā bubianet domestice/ce
lidontā/betonicā/ruthā/eufragiaz. aā. ℳ. j. z tere simul
in mortario z pone in bacile cuz vino albo. z dimitte sic
cari per duos dies z duas noctes. z si serenuz tps est ad
serenuz pone. postea cola res p̄dictas cū petia. z q̄ cadit
a petia retine z cetera pīce. z q̄ cadit fac cadē in bacile. z
in ipso permitte stare per noctē. z q̄ clarum supnataue/
rit illud ualet ad oculum.

¶ Capitulum de thutia alexandrina qualiter preparet. et
de ipius coctione.

Thutia alexādria sic p̄parat. Accipe epar castra/
t tinū z cū cultello scinde. z in medio epis thutiā
pone z suas epar bñ z in pruntis euz coque. Po/
stea accipe succū coriādri z extracta thutia calta de dicto
epe de dicto succo pone z ambo p̄dicta ad solē fac ficca/
ri z cū siccata fuerit cū eis puluerīça aliq̄tulū pipis z mit
tatur in oculis. Itē accipe rugnoē castratinū z cū cultel
lo per mediū diuide. z pone ad ignē non tñ ex illa parte
qua scindit. sed ex altera pte et primā spumā que de ipo
rugnone exit pīce. z ipsam ab ipo abradas. Secdam au
tem spumam que de ipso exit collige z in bacile proīce.
z cum erit frigida fac proīci in aquam h ualet ad catara
ctas que uenīūt ex flegmate z melia.

¶ Cap^m de sanguinis cura qui in oculoz albo accidit. z si
album fecerit in nigro ipsorum.

Tre aliaz infirmitatū cū sanguis in oculū uene
c rit ex qua nascat qd albuz ex q̄cūq; latere oculi
z videt q̄si gitata et oculus nō dolet. ℞. succum
bletole radicisci radix est rubea. z tēpera cū aloe z cum
bōbice uel spōgia fac cadē in oculū. Item. ℞. succū florū
lingue canis z cum bōbice fac cadē succū in oculū. Itez
sanguis pēne colūbine de ala: misce cuz urina pueri ma
sculi trtū annoz: z cuz bōbace fac cadere in oculum. Itē
℞. succū herbe gartofolate z succū portulace simul z ali/
quātulo mellis bñ dispumati misceat et cum bōbace in
oculo mittat. Item. ℞. mel albū bñ dispumatū. ʒ. ij. z vi
ni albi. ʒ. ij. z accipe radices feniculi/apij/celidonie/z ip
sas bñ pista. z cum piste fuerint ipsas in bacile pone: z su
per ipsas pīce mel z vinum dictum z fac omnia simul
stare per tres dies z totidez noctes: z postea fac colari in
uase vitreo z cum bombice in oculos mitte. Si vo san
guis mutatur in aliam infirmitatem z facit albuz in ocu
lorum nigro. cura cum collirijs istis que in sequenti cu
ra dicetur.

¶ Capitulum de percussionibus oculorum ex quacunq;
causa fuerit.

Si oculus euenerit pcussus ex quacūq; cā fuerit
s calta z ficca est pcussura. tūc ergo medica ipsum
z cura hec est q̄ a p̄n⁹ usq; ad diē tertiū cū albu
gine ouī bñ dispumati z lacte mulieris simul mixtis cu/
rare debes. post tres vo dies cura cū succo floz mamitā
albugine ouī z lacte mulieris per alios tres dies. postea
accipe ciminū z pone ipm in albugine ouī bñ dispuma/
ti. z per vnā noctē dimitte ut bñ mollificet. z postea cola
cū vna petia z misce cū lacte mu. z succo mamitā. z cū bō
bice sup oculos pone. In hyemali vo tpe calefac ad ignē
z da aliquot pillas egrotanti ante cibum et post cibum.
si erit stipticus z semper dieta eum.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipiunt Capitula Secundi Libri Canamusali de
Baldach.

Capitulum primum de preparatione thutie alexādrine.
Capitulum. 2. de eodem.
Capitulum. 3. de thutia.
Capitulum. 4. de p̄paratione thutie ceresine.
Capitulum. 5. de preparatione anzeruth.
Capitulum. 6. de eodem.
Capitulum. 7. de eodem.
Capitulum. 8. de eodem.
Capitulum. 9. de eodem.
Capitulum. 10. de preparatione piperis longi.
Capitulum. 11. de preparatione celidonie.
Capitulum. 12. de gumma eiusdem.
Capitulum. 13. de gumma olive.

¶ Incipiunt capitula vnguentoz faciēn
tium ad medicinas oculorum.

Capitulum primum de vnguento rubeo.
Capitulum. 2. de vnguento fusco.
Capitulum. 3. de vnguento albo.
Capm. 4. de vnguēto ad pcussionem oculoz.
Capm. 5. de apatibus que nascuntur desuper in oculis in
ter corneam z vueam.
Capitulum. 6. de vnguento albo.
Capm. 7. de vngtō q̄ ualet ad dolorem palpebrarum.
Capitulum. 8. de alio vnguento ad idem.
Capm. 9. de vngtō q̄ ualet ad emigraneā z ad dolorem
cilioz. timpoz. z stōci. z genuū. z ad multos alios dolo/
res qui ueniunt ex frigidis humoribus.
Capitulum. 10. de vnguento q̄ ualet ad idem.
Capitulum. 11. q̄ ualet ad emigraneam z ad dolorem mil
ze uel splenis.
Capm. 12. de quodā alio qō est optimū ad emigraneaz z
ad dolorem maxillarum z oculorum.
Capm. 13. de ifirmo custodiēdo. z qd sit faciēdū ei.

¶ Incipit prologus secundi libri Canamusali de baldach

## Bo canamusali de

e Baldach collegi de dictis phoz hyp.
G. Alman. Joannis Damasceni. magni
ℳ. Dacometti de arab. z alioz philosopho
rū de india: z de eoz dictis librū hūc feci
per opationē sanitatis oculoz colligens de supradictoz
dictis flores: ueluti apes que flores colligunt meliores
z mel inde faciunt valde dulce.

¶ Capitulum de preparatione thutie alexandrine.

Accipe thutie alexandrine libri primi z mitte in
r aqua rosata ut mollificetur. postea calefac fer/
rum z extrahe thutiam z pone super ferrum ca
liduz per totū z semp pīce cū digitis sup thutiā in ferro
de aqua ro. in qua stetit ad mollū. postea tolle agrestam
vue albe z exprime eā cum manu nō pistādo eā sed cuz

manu cōprimēdo succuz exhe in cypho et dimitte gesce postea pone thutiā in uase vitreo cuius os sit ampluz: et mitte claruz qđ factū est de agresta supra thutiā per tres digitos z ponak ad solē ita q̄ sol pcutiat eaz per totā diē: in nocte reponak in domo z custodiak ab aqua z sereno z qñ erit ficca iterū pone agrestā sup thutiā ut dictuz est: z fiat per septē vices quouscz videris q̄ thutia erit ꝑgelata ut sal albus: z tunc dimitte ficcari z repone.

¶ De eadem.

r Ecipe thutie alexādrie lb̄.ʒ. z mitte in aq̄ ro. ad mollū z pone sup ferrū calz q̄ sit āplū z planuz z sp ꝓjce aquā rosatā sup cū digitis z accipe de agresta scā ut dcm̄ est. z mitte thutiā in uase vitreo: z cuz ipa mitte. ʒ.ij. curcume z.ʒ.ʃ. pipis lōgi: z postea pone desup agrestā clarā sup eā: ita q̄ sit sup res p̄dcās p tres digitos z pone ad solē z ita custodiak z reponak ut dcm̄ est supra: z cuz erit ficca iterū pone succū clarū agreste ut dcm̄ est. z fac in oib⁹ ut dcm̄ est p septē vices: z repone.

¶ De eadem.

r Ecipe thutie lb̄.ʃ. z ʒ. succuz maiorane z dictā thutiā ad mollū in dcō succo mitte: z postea appone sup̄ ferrū calz ut dcm̄ est: z sp ꝓjce cū digitis dcm̄ succū ut supi⁹ aq̄ ro. z postea ponak thutia in uase vitreo cū succo maiorāe z de succo celidonie mittak ituz: ita q̄ cooꝑiak thutia z ad solē ponak: z ita fiat ter: z custodiak z reponak z ficcek bñ cū trib⁹ vicib⁹ factū fuerit ita.

¶ Cap^m de ꝑparatione thutie cerefine.

r Ecipe lb̄.ʃ. thutie cerefine: que uocak castanea maris: z est rotūdella z tota spinosa ut rici⁹: z intus est ut piscis quē gētes comedūt: spine vo sūt b:une: z sunt bone ille. Accipe de spinis illis z scoꝛcis. lb̄.ʃ. sandali ru. z.ʃ. pipis lōgi. z.ʃ. ʒʒ. z.ʃ. curcume. ʒ.j. maiorāe z.ij. oia ista pone i uase vitreo z mitte sic agreste sbe ita q̄ agresta supet res p̄dcās p.j. digitū ul̄ duos z mitte ad solē ad coquēdū: ita q̄ agresta ꝓduck z iterꝫ mitte faciendo de hac usqz ad septē vices: ut ita dcm̄ est sup̄ de alexādrina. z post dictas septē vices ficcek z reponak.

¶ De ꝓparatione sarcocolle.

d Ꝓparatione āçeruth. i. sarcocolla. ʒ. āçeruth ʒ.ij. z.ʒ.iiij. maiorane: z pista maioranā z pluerīça z tēpera cū lacte asine z nō multū molle: z accipe vngas sbtiles ligni amigdalini z fume de p̄dcis z fac pillas in modū auellane pue: z mitte in vnā de dcis vgulis ad ignē z caue cadat in igne: q̄ iflabit multū z tādiu uolue ad ignē q̄usqz videris bñ assatā z repone oia p̄dicta.

¶ De eadem.

r Ecipe sarcocolle. ʒ.ij. maiorane. z.iiij. pluerīça maioranā z sarcocollā z misce sil̄ z tēpera cū vitello ouī: z fac ut dcm̄ est sup̄ in ꝓmo cap⁹ in oib⁹ tā de assatiōe q̄z de virgis z repone. ¶ De eodem.

a Ecipe sarcocolle. ʒ.ij. z tempera cum lacte mulieris z aliquantulum cuz dictis virgis z fac assari ut supra dictū est z repone. ¶ De eodē.

a Ecipe sarcocolle. ʒ.ij. z tēpera cum aqua ro. aliquantulum z fac in oibus ut dixi cum virgulis ad ignē z repone.

¶ De eodem.

a Ecipe sarcocolle. ʒ.ij. z tēpera cū succo pomorū de moris z fac in oibus ut supra z repone.

¶ Cap^m de ꝑparatione piperis.

r Ecipe pipis lōgi. ʒ.j. de radicib⁹ caduee succis ʒ.ʃ. maiorane. z.ij. ʒʒ. z.iiij. z pista aliq̄tulū z pone in uase vitreo: z tēpera oia p̄dcā ituz in uase cū vino: ita q̄ vinū sit altū in uase sup̄ res p̄dcās p vnū digitū z pone ad solē ad ficcāduz z cuz ficcū fuerit iterꝫ pone de vino sup̄dcō ut dcm̄ est: z ita faciat ter: z cū fuerit ficcuz z ꝓsumatū ter ad solē. accipe z fac rotūdas formas z puas: z fac ficcari ad solē sup lapidē marmoreū z repone.

¶ Cap^m de ꝑparatione celidonie.

r Ecipe celidonie z pista z exhe succū: z pone in parapside vitrea z exhe succuz cortādri z misce sil̄ z dimitte gesce: z totā aquā que supi⁹ clarior fuerit ꝓjce: z sbaz que remānsit in fundo parapsidis sicca ad solez et repōe. De mēse madij de radicib⁹ magnis celidōie ubi sunt nate: z cū inuenies eas icide radices in sumitate ꝑpe coronā z dimitte ibi stare ubi sūt nate: z succū q̄ ide exierit dimitte ficcari sup̄ radices ubi nate sūt z faciēt ibi q̄si gūmā. z illā gūmā hua: q: optimū est. De gūmi oliue

a Ate q̄z arboꝛ oliue floreſcat uade ad eā z pcute cum cultello z faciet gūmā: z illud collige z serua. quia optimum est.

¶ Incipiunt vnguenta facientia ad oculoꝛ medicinas.

¶ De vnguento rubeo.

r Ecipe sarcocolle mastic. thuris. gummi arab. aā. z.iij. lapidis cātarticus. antimonij. aā. z.v. gūmi ꝑpi. sumach. succi mamitā. ꝓlueris de mūctorio que est thutia argētea. aā. z.iij aloes amidi. aā. z.vj. mellis albi bñ dispūati. ʒ.iij. z alias res sup̄dcās sbtil̄r puluerīçatas: z cerne cū panno sbtili: postea tēpera cum dicto melle tepido z icoꝛpora bñ. postea accipe. z.j. cāphore. puluerīça z incoꝛpora cū p̄dictis rebus. ¶ De vnguento fusco.

a Ecipe oppoponacis. armoniaci. ꝑpinī. galbani. aā. z.iij. thuris. mastic. sarcocolle aā. z.ij. pulueriçent h̄ tria ꝑmo in mortario ereo. z ponak oleū ros. desup z icoꝛpek donec fiat aliud vng^m z postea pone alias res p̄dcās. oia h̄ sil̄ mixta cū. ʒ.j. cere al. mitte in captia ubi sit syrup⁹. z pone ad ignē z adde olim ro. z fac oia sil̄ bullire. caue tñ ne nimis durescat: z cuz scire vis si est coctū ꝓjce guttā sup marmorē z dimitte ifrida ri: et si coagulak et cū tāgis est dulce z liquefit est bonuz z si nimis est durū addas de oleo sup̄dicto: ita q̄ non sit nimis molle nec nimis duꝛ. ¶ Cap^m de vng̃ albo.

a Ecipe olei violati olī ro. aā. ʒ.j. cere albe. lb̄.ʃ. z pone oia in captia rami: z fac oia bulliri: z cuz liq̄fcā fuerint remoue ab igne: z cū bacculo agita cui addes ceruse. ʒ.ʃ. z bñ miscēdo icoꝛpora: z tūc deponak ab igne: z cū icipit ifridari accipe aliq̄tulū albumis ouoꝛ cū predictis iterum incoꝛpora.

¶ Cap^m de vnguēto qđ ualet ad pcussionem oculoꝛ.

a Ecipe mastic. z.ʃ. thuris. z.ʃ. z fac teri in mortario ereo. deide accipe aliq̄tulū olī ro. et icoꝛpa cū ipsis sic vng^m: z mitte in captiā rami z adde ʒ.ʃ. cere minutim icise. et cū p̄dcis pone ad ignē: z oleū ros. colatū pone cū p̄dictis aliq̄tulū et fac fieri p̄dicta: z exhe ab igne z duc iterꝫ donec icipiat idurari: et tunc ad de p̄dcis. z.iiij. ceruse pluerīçate: z cū p̄dcis icoꝛpora.

¶ Cap^m de vnguēto qđ ualet ad aꝑata oculoꝛ de supcilia inter coꝛneam z vueam.

a Ecipe succū memitā: z succū celidonie aā. z.iij olei ros. z viol. pinguedis serpētis. aā. z.vj. thuris. mastic. sanguis draco. sarcocolle. aā. z.iij. lapidis ematitis. z.iiij. z.ʃ. de ceruſa que dī minīū. z.ij. cere. z.iij. z.ʃ. z incide cerā minutim et mitte cū oleo z pinguedine p̄dicta in captia rami et pone ad ignez: et fac liquefieri et cū bacculo misce: et postq̄z liquefacta fuerint cola oia in parapside vitrea res p̄dictas bñ puluerīçatas pmisce et icoꝛpora bñ. z si nimis duruz fuerit de p̄dictis oleis misce z oparis dictū vngtm̄ cū foliis ruberoꝛ: que sunt ab vno latere albe z faciunt moras.

¶ De vnguento albo.

a Ecipe baurach. i. alumē alabi coctū uel alumē de roça. aā. z.iij. coporose. z.ij. thuris mastic. aā. z.ij. lapidis ematitis. z.iij. pista oia subtil̄r z puluerīza z accipe mellis albi dispūati. z.vj. assungie poꝛci masculi liquefacte. z.iij. z misce eā cū melle et calefac aliquātulū et icoꝛpa cū eis pluerē p̄dcāꝫ rexꝫ. z h̄ vng^m ualet ad dolorē palpeb. Si āt vis scire q̄l̄r alumē alabi sit baurac

h est documētū. Accipe vnū ferrū q̄ sit bñ planum ꝛ rectū ꝛ pone ad ignē: ita q̄ sit calidum sed nō nimis: et postea exhe ꝛ terge bñ eū: et ita calm pone sup frustū aluminis alabi et fiet aq̄ ꝛ postea dimitte ꝓgelari et ipsa cōstricta et cōgelata opare ut dcm̄ est: ꝛ illud erit baurach. Idem dicimus de coporosa que eodez mō coquēda est et factēda ut dictū est de alumine alabi.

¶ Lapm de vnguento qđ ualet ad dolorē palpebrarū.

Ecipe assūgie porcie recētis bñ liquefacte. ℥.ſ.
℞ baurach alabi. ʒ.vj. pulūiçek baurach ꝛ cū dcā piguedie misceat et bñ incorporet subtiliter.

¶ De alio vnguento ad idem.

℞ Ecipe cimi. ʒ.iiij. assūgie recētis porci masculi. ℥.ſ. pulūiça. ciminū cū assūgia in mortario ereo: pista bñ ꝛ liquefac ad ignē i captia rami. postea. ſ℔. ʒ.iiij. baurach alabi. ʒ.ij. coporose. ℈.j. pulūiçenk oia ista p̄dicta ꝛ incorporent cū dicta assungia ꝛ fiat vnguentum.

¶ Lapm de vnḡ qđ ualet ad emigraneā ꝛ ad dolorē cilioꝝ ūpoꝝ. stōci. ꝛ genuū. ꝛ ad multos alios dolores q ueniūt ex frigida causa.

℞ Ecipe floꝝ recētiū absinthij uel seis etusdē. lb. x. piguedis recētis porci. lb. ij. tere semē ꝛ piguedinē simul in mortario ereo: et fac uelut vngm. ꝛ factas post modū pānicłos puos de ipsis ꝛ mitte in bacile ꝛ eū optime coopi. ita q̄ nō cadat aligd i eo ꝛ dimitte. p. x v. dies. ꝛ vide postea si caput ꝛ si pāniculi videnk ut mutat: ꝛ si ita est pone eos i captia rami: ꝛ dimitte bñ bullire ita q̄ nō cōburak ꝛ totū sit ligdū. postea per stamignā cola i papsi de terre vitreate: ꝛ terge optie captiā ubi sūt p̄dcā bullita. postea accipe. ʒ.j. cere armoniaci. ʒ.ſ. de rasa pini. ʒ.j. olī camōille. ʒ.j. ꝛ mitte i captiā sup̄dcāz ꝛ fac liq̄fieri bñ: ꝛ accipe postmodū p̄dcā que sūt in papside ꝛ icorpa cuz p̄dcis sup̄ ignē in dcā captia. ꝛ itez cuz stamigna cola in papside dcā ꝛ dimitte fridari ꝛ pone i loco tuto i uase vitreo.

¶ Lapm de vnḡ qđ ualet ad dolorē palpebrarū.

Ecipe thutie argētee q̄ est pluis de mūctorio. ʒ.vj. sarcocolle. ʒ.iij. baurach. ʒ.iij. rubie siue rubea tictoꝝ pulūiçate. ʒ.ij. melk bñ dispūati lb. ſ. p̄dicta bñ puluerizata cū dicto melle incorporenk: ꝛ adde eis de cāphora ad pōdus duoꝝ granoꝝ ꝛ reseruae.

¶ Lapm de vngo qđ ualet ad emigraneā ꝛ dolorē splenis

Ecipe galbāi. ℥.j. cere. ℥.j. ꝛ. ſ. gūme hedē olei
℞ camōille. olī roſ. aāi. ʒ.j. ꝛ. ſ. ꝛ mitte in captia rami ꝛ liq̄fac oia sil p stamignā cola: ꝛ qđ remanserit in stamigna pijce. et vo q colatū est misce. ʒ.ſ. olei bñdicti ꝛ incorpora sil ꝛ dimitte fridari. ex hoc vngtō vngank supcilia ꝛ timpora supra corpus ex latē splenis.

Capm de vnḡ optio ad emigneā ꝛ dolorē maxillaꝝ ꝛ auriū

Ecipe oppoponacis. ʒ.ſ. galbāi. ʒ.j. thuris. mastic. aāi. ʒ.ij. cere albe. ʒ.j. olī sābucini. olei violati. olī camōille. olī de amigdal amaris. aāi. ʒ.ſ. ꝛ mitte oia sil in captia ꝛ fac liq̄fieri. ꝛ hijs liq̄factis cola p stamignā ut dictū est. ꝛ qñ incorporatū est eo existēte calido. adde. ℥.j. succi ligr. ꝛ repone.

¶ Lapm quō sit ifirmus custodiēdus.

n Ota q̄ ifirmus est purgādus ꝛ flōmādus ut p̄cipit in arte p uenas. aut facienda sunt cauteria in timporib⁹ uel p alia loca ut p̄cipit. aut sanguis de auricła minuēdus. ꝛ est dietādus semp. debet etiā ceroneū fieri qđ ruptoriū appellat. aut post auriculaz. aut ibi ubi nō nascunk pili. uel subtus barbā uel retro in fontanella occipitij. que oēs cure de emigranea sunt.

¶ Explicit lib 2us. ¶ Incipiūt capla libri 3ti de puluerib⁹ faciendis: ꝛ primo de puluere nigro.

Capm pmū de puluerib⁹ faciēdis. ꝛ pmo de puluē nigro. ꝛ de decoctiōe antimonij. ligni aloes. ꝛ de eoꝝ pparatiōe

Capm. 2. de puluē q ualet ad rodendū scadorē palpebrarū.

Capm. 3. de puluere zalio ꝛ de pparatione ꝛ decoctione lapidis ematitis.

Capm. 4. de puluere rubeo.

Capm. 5. de puluere castorei.

Capm. 6. de puluere cāphore.

Capm. 7. de puluere celle.

Capm. 8. de puluere nigro qui constringit lachrymas ꝛ est bonus cum exit fetor de oculis.

Capm. 9. de puluere qui ualet cum de nouo accidit macula in oculis ꝛ corrodit sanguinem.

Capm. 10. de puluē qui ualet ad dolorē oculoꝝ ꝛ ad p̄dcā.

Capm. 11. de puluē felliū.

Capm. 13. de eodem.

Capm. 14. de puluere thutie.

Capm. 15. de puluere sumach.

Capm. 16. de puluē aurū ꝛ ualet ad ocłos purgādos ꝛ pānū corrodit ꝛ fūositatē cataractaꝝ ōstruit ꝛ visū clarificat

Capm. 17. de pluere tisto pauli ꝛ ualet ad pānū oculoꝝ cor

Capm. 18. de puluere mamitā ꝛ ualet ad do Lrodendū. lorē oculorum ꝛ sanguinem rodit.

Capm. 19. de puluere cobazel. ꝛ ualet ad mollificationem oculoꝝ ꝛ sanguinē rodit ꝛ iactatas puas q̄ i ocłis nascūk.

¶ Incipit lib tertiⁱ de pluerib⁹ faciēdis. ꝛ p⁰ de pluē nigro ꝛ de decoc. antimonij ꝛ ligni aloes. ꝛ eoꝝ pparatione.

℞ Ecipe antimonij. ʒ.ij. ligni aloes. ʒ.ij. tolle antimoniū ꝛ tere ad modū gūmi ꝛ mūda id a lapidibus ꝛ terra ꝛ lapideo erūt albi ꝛ terra erit rubea: deide pone ātimoniū ꝛ tere ad modū grani ad mollificādū in aceto p dies ꝛ noctē. ꝛ postea exhe ab aceto ꝛ ficca ad solē ꝛ pone cuz eo. ℥.ij. ligni aloes ꝛ liga in petia lini alba ꝛ subtili ꝛ bñ mūda: ꝛ fac pastā de farina frumēti ut panis: ꝛ in ista pasta pone petiā cū istis reb⁹: ꝛ mitte i furno: ꝛ plus coquatur q̄z si eēt panis: postea exhe de furno ꝛ apias: ꝛ res dictas q̄ i pasta sūt in aq̄ ro. mitte ꝛ fac ibi stare p. j. diē. postea de aq̄ exhe solū antionū. ꝛ accipe de ossib⁹ dactiloꝝ ꝛ de ordeo ꝛ de cucurbitis siccis: ꝛ fac h tria cōburi ꝛ fieri carbōes qōlibet p se: ꝛ accipe de qlibet horū triū bñ cōbustoꝝ. ʒ.ij. p⁰ pluerizenk antimoniū ꝛ lignū aloes. post modū oia p̄dcā sil: ꝛ cū bñ pluerizata fuerit tēperenk cū aq̄ ro. ꝛ bñ cū ea agitent i mortario eneo. postea ad solē pone ꝛ fac siccari. post q̄z vo siccata fuerit fac pluerē ꝛ ad das ābrā albā ꝛ muscatū. de qlz ad pōdus duoꝝ ḡnoꝝ ꝛ sil bñ misce ꝛ itez cū aq̄ ro. misce ꝛ tēpa ꝛ bñ icorpa. ꝛ ad solē fac bñ siccari ꝛ postea bñ pulūiza ꝛ pōe i uase vitreo

¶ Lapm de pluē q ualet ad rodēdū scadorē palpebrarū.

Ecipe thutie alexādrie laborate ut dcm̄ est sup̄
℞ ℥.ſ. ꝛ in mortario ereo pluerizenk bñ ꝛ cū panno sbtili cernak postea remitte pluerē in mortario ereo ꝛ cū aq̄ ro. tēpa ꝛ satis duc ꝛ sbtilr icorpa. ꝛ postea. ſ℔. in alio mortario curcume. pipis lōgi. aāi. ʒ.x. ℥℥. albi bñ mūdati. ʒ.ij. ꝛ bñ pista ꝛ sbtilr pluerizа ꝛ cū sbtili pāno cerne. ꝛ cū thutia in pmo mortario icorpa cū aquaro. ꝛ ficca ad solē ꝛ cū ficca fuerit itez pluerizа ꝛ cū aq̄ ro. tēpera fortiter ꝛ satis agitādo ꝛ semp in puluē isto faciaster. p⁰ vo tres vices ficca ꝛ bñ pluis i uase vitreo repōak

¶ Lapm de pluē çallo. ꝛ de pparatiōe lapidis ematitis. et eius decoctione.

℞ Ecipe thutie alexādrie p̄dicte laborate in 2⁰c⁰ thutiaꝝ. ℥.ij. ꝛ pluerizek in mortario: ꝛ corticis mirabolanoꝝ. ꝓiectis ossib⁹ iteriorib⁹. ʒ.ij. pluerizenk cū thutia iā dcā in mortario: et sbtili pāno cernak in papside vitreata ꝛ dimitte. postea. ſ℔. mamitā. ʒ.iiij. curcūe. ʒ.ij. floꝝ mamitā. ʒ.j. pipis lōgi. ʒ.ij. pluerizenk p̄dcā i mortario ꝛ cū pluerizata fuerit tēpek cū aq̄ ro⁹. postea accipe pluerē thutie p̄dicte et corticeꝝ mirab. ꝛ paulati cū p̄dcis incorpa ducēdo semp ita q̄ totus puluis intus mittatur ꝛ semp duc usq; in finez. ꝛ h oia ad solem ficca. ꝛ cū erūt ficca puluerizа: ꝛ accipe fella recentia hirci ad quantitatē que sufficiat pro dist̄perādo dictuz puluerez ꝛ accipe. ℈ j. cāphore bñ trita ꝛ cū felle misce: postea dist̄pa pluerē rez p̄dcāz cū dicto felle i mortario. ita q̄ fel mittat pau-

lati q̄usq; pluis cū eo erit bñ distēpat°.z mitte aliq̄tulū in aq̄ ro.z pone ad solē z nō dimittas mltū siccari:ꝫ cuz erit aliq̄tulū ꝯgelatū accipe de cāphora ad pōdus triū granoꝝ.z de succo agreste tēpa in mortario oia p̄dcā.z ad solē fac bñ siccari z sbtilr cerne z i uase vitreo repōe.

¶Capitulum de puluere rubeo.

Ecipe lapidis ematitis.ℨ.j.in puluē.z sbtilr in petia liga.z i pasta ordei mitte i furno ad coquē dū.z plus coquat q̄ si esset panis.z cū erit coct° exhe.z ita calz mitte ad mollificādū in aq̄ ro.p.j.diē z de ipa postea exhe z pone ad siccādū ad solē.postea accipe medietatē dcī lapidis ematitis z puluerīça sbtilr in mortario.z.ℨ.ij.de thutia alexādria p̄mi capli thutiaꝝ labora ta:z cū isto lapide misce z tēpa cū aq̄ roſ.z duc multū in mortario:z postea mitte ad solē ad siccādū:z cum erit bñ siccata.ℨ.ℨ.iij.sarcocolle cocte i aq̄ ro.z pluerīcēt cū p̄dictis.pluerīça silr çuccari cādi.ℨ.ij.cū p̄dcis postq̄z fuerit pluerīçata p̄dcā cū petia mūda cerne q̄tū potes:z qō in petia remāsit iteꝝ tere z pluerīça z cerne ut dictū est z repone in uase vitreo. ¶Cap^m de puluere castoreī.

Ecipe thutie laborate i ℨ° ca° thutiaꝝ.ℨ.j.de corticibus radicis celidonie siccis.ℨ.j.de radicib° memitā siccis.ℨ.j.curcume.ℨ.iij.ℨℨ.albi bñ mūdati.ℨ.ij. oia pluerīcēt i mortario sbtilr z cernant ut dcm̄ ē cū sbtili petia:z q̄ in petia remābit iterū pistet sbtilr:postea reduc totū i mortario pluerē z aq̄ roſ.tēpa.z satis cū ea duc z postea.ℨ.ℨ.ij.de florib° scariole silueris:z tere cū p̄dictis in mortario de castoreo.ℨ.ij.nō de corio ꝫ de illo q̄ ituꝰ est de macro z pluerīcēt silr cū p̄dcis in mortario:z sp bñ duc z si fuerit duꝝ adde de aq̄ ro.z ad desiccādū pone:z cum siccum fuerit puluerīçet z reponat in uase vitreo.

¶Capitulum de puluere camphore.

Ecipe duas magē cōculas siue cocleas que ferunt a scō Jacobo z ferūt romipete i suis capellis z eas mitte in vnā ollā nouā de terra:z cū eis mitte cortices exteriores ouoꝝ abiectis corticib° interiori b°:z si posset hēri cortices ouoꝝ structij eēnt meliores:z i fornace in qua lapides coquunt mitte i tali loco q̄ nō destruant res nec pignatta nec admittāt z dimitte coq tātū q̄tū lapides:z cū lapides de fornace trahūt trahe pignatā cū reb°.z.ℨ.de dictis cōculis siccatis.ℨ.ℨ.de corticib° ouoꝝ p̄dcis.ℨ.ij.z pluerīçenk in mortario z tēpenk cū aq̄ pluuiali:z siccēt ad solē:z tēpa postea cū aq̄ roſ.z iteꝝ fac siccari ad solē:z iteꝝ tēpa z sic fac per duas vices:z cū erit bñ sicca.ℨ.z.iij.sarcocolle:z de granellis albis z rotūdis çuccari cādi.ℨ.j.z cū p̄dcis puluerīçenk:z postea.ℨ.opij que ē gūma.ℨ.j.z margaritaꝝ nō pforataꝝ.ℨ.j.z pluerīçenk in alio mortario sbtilr:z p̄dcā oia incorpa z repone in uase vitreo:z uocat puluis iste caphorul.i.frigidus.

¶Capitulum de puluere celle.

Ecipe de ꝯculis coctis.ℨ.j.z thutie alexādrie labo
r rate i ℨ° ca° thutiaꝝ.ℨ.iij.z de ramo deaurato.ℨ.ij. cōbusto sic supꝫ dcm̄ est de ꝯculis:tū ramū p se fine aliq̄ adūcto:z de radicib° amirā.i.celidōie agrestis z de ptib° indie:z sūt radices çarellete siue citrie.z ad modū facte z adromā.i. auripigmentū laboratū.z est coloratū ad modū lapis ḡnate z uenit de ptib° alap.ℨ.j.z.ℨ.margaritaꝝ pfo.z nō pfo.ℨ.ℨ.pluerīçenk q̄libz p se.z cū erūt pluerīçate sil in mortario ut dcm̄ est:mitte cū aq̄ ro.z satis duc.postea mitte ad solē z dimitte siccari.z cū bñ sicca erūt.ℨ.muscati.ḡ.j.z.ℨ.z tēpa cū aq̄ ro.z icorpa cuz puluere dicto.z tātū mise q̄ sint bñ tēpata.z mitte ad solē z ficca.z cū bñ sicca fuerit pluerīza z repone i uase vitreo.

¶Cap^m de puluē nigro q̄ ꝯstrigit lachrymas.z est bonus cum uenit fetor de oculis.

Ecipe ātimonij cocti.ℨ.v.thutie alexādrie labo
r rate in ℨ° ca° thutiaꝝ.ℨ.iij.z i mortario pluerīza ligni aloes supꝫ carbōes brusati ꝫ nō mltū.ℨ.ℨ. ossiū dactiloꝝ brusatoꝝ icōꝝ ut carbōes.ℨ.iij.z cū p̄dcis pistenk cū aq̄ ro.postea tēpa ad solē z ficca.postea.ℨ.ℨ.j muscati.z ābre alb.ℨ.ℨ.z cū aq̄ ro.z cū p̄dcis i mortario i corpa z ad solē ficca.z si nimis eēt duꝝ añq̄ ad solē pōat de aq̄ ro.aliq̄tulū pone:z cū ficca ē pluerīza bñ z repōe

¶Cap^m de puluere qui ualet cum de nouo accidit passio in oculis.et rodit sanguinem.

Ecipe sarcocolle cocte i lacte.ℨ.v.succi mamitā
r sicci.ℨ.iij.radic.celidonie sicce.ℨ.j.de pluē ossis sipie.ℨ.ij.zucca.cādi.z pluerīzek q̄libet p se z misce sil in mortario fine aditūcto et repone in uase vitreo.

¶Cap^m de pluē q̄ ualet ad supādā et ad dolorē oculoꝝ.

Ecipe sarcocolle albe de ḡnellis bñ rotūdellis
r ℨ.j.z pluerīzek i mortario sbtilr:ita q̄ cū digitis tāgit nō sentiat aspeꝝ q̄q̄z z pone i uase vitreo

¶Capitulum de puluere fellium.

r Ecipe thutie alexādrie laborate i ℨ° ca° thutiarū.ℨ.ℨ.fellis autū siccū cū hūerunt rostrū flexū. ℨ.v.fellis leporis.fellis ericij.ul fellis piscis canis siccata aū.ℨ.ij.mitte thutiā i mortario z pluerīza.et pone p̄dicta fella in succo celidonie:et cū digitis misce et fac liq̄fieri fella.et sic p.j.diē et nocte dimitte et postea cū digitis iterū duc et cola cū vna petia mūda:et fac q̄ cadat sup puluerē thutie.et sba q̄ remāsit in petia ide.et si de felle aliq̄d est iteꝝ i dcō succo recēti ad molk.mitte:et cū digitis liq̄fac et cola ut dcm̄ est q̄usq; tñ fieris totū fel qō remāsit aliō i petia pjce.postea accipe.ℨ.iij.de pluē plūbi cōbusti qō sine sulfure cōbustū sit et in mortario cū p̄dcis misce z optime duc et sbtilr.postea ad solē fac siccari.et cuz bñ siccus fuerit.ℨ.aloes epici.ℨ.ij.puluerīzek i alio mortario:et puluere supdicto siccato simul incorpora et subtiliter cerne.z in uase vitreo repone. ¶De eodē.

Ecipe ātimonij cocti.ℨ.ℨ.rami cōbusti.ℨ.iij.ℨℨ
r pipis lōgi maiorāe.aū.ℨ.j.et pista p̄dcā in mortario et pluerīzata cū succo floꝝ papaūis siluestris ℨ.postea fel āguille.fel lutij.fel eg albi.fella autū oiuz q̄ hīe poteris:et sint oia ficca.ad molificādū mitte i succo dcōꝝ floꝝ et dimitte ibi stare p diē et noctē.et liq̄fac cuz digitis fella.et cola sup pluerē dcm̄.et fac i oib° ut ℨ.dcm̄ est i p̄xio ca°.postea.ℨ.opij.ℨ.ℨ.de cāphora ad pōdus duoꝝ ḡnoꝝ.castoreī.ℨ.j.pluerīzēt p̄dcā z cū aliq̄tulo aque ro.tēpenk z icorpenk cuz oib° p̄dcis in mortario.z siccet ad solē.z sbtilr pluerīzēt.z i uase vitreo reponat.

¶Cap^m de puluere thutie.

r Ecipe thutie laborate in ℨ° ca° thutiaꝝ dicte.ℨ.ℨ ℨℨ.albi bñ mūdati.z pipis lōgi.maiorāe.aū.ℨ.ij.pluerīzenk oia p̄dcā i mortario.z cū sbtili petia cerne. z istū pluerē i mortario dcō cū aq̄ ro.tēpa.postea.ℨ.cāphoi.ℨ.j.z mitte i mortario z duc bñ sil z icorpa cū reb° p̄dcis z ficca ad solē.z postea pluerīza i mortaꝰ z repōe.

¶Cap^m de puluere sumach.

r Ecipe thutie sumachrie.ℨ.j.z sumach.ℨ.iij z mitte sumach ad mollificādū in aq̄ ro.z dimitte stare sumach p.j.diē ul p.j.noctē in dcā aq̄.z duc cū digitis bñ z cola cū petia sbtili.z accipe thutiā p̄dictā z mitte in succo dicto.et postea calefac palā ferri z exhe thutiaꝝ et mitte supra dictū ferrū.z semp pjce cū digitis aliq̄tulū de dicto succo.et extrahe de ferro.z mitte in mortario.et puluerīzek.et succū qui remanserit in mortario mitte et duc bñ et pone ad solē et ficca et puluerīzenk et repone.

¶Cap^m de pluē aurū q̄ ualet ad purgādos oculos.pānū rodit.fumositatē cataracte destruit z visum clarificat.

Ecipe stercus albū lacerte.z stercoris pueri sic
r ci.aū.ℨ.vj.radic.celidonie.radicis mādragore. auripigmēti laborati.aū.ℨ.iij.sarcocolle cocte i lacte mulieris.margaritaꝝ pforataꝝ z nō pforatarū.aū. ℨ.ℨ.antimonij de ꝯculis sci iacobi ul maris gallicie coctis ꝑm supiorē doctrinā.ℨ.iij.puluerīçek q̄libet per se sbtiliter:z cerne cū pāno sbtili z mitte in mortario oia p̄dicta excepta sarcocolla.z tēpera cuz aq̄ ro.z cum erit tēperata

optime mitte in mortario ℥.ʒ.duo ḡna foliorū auri de hijs que opant pictores ℥ mitte pluerē p̄dictū in mortario ℥ misce optime.℥ pone ad solē ad exiccādū:℥ cuz fuerint ficce iterū pulueriçent sbtilr:℥ icorpora cuz p̄dicta sarcocolla sine aliq̄ alia balneatione.℥ subtilr puluerіça ℥ repone.hic enī est pulus auree⁹ quā fecit Alexander impator p̄o oculis suis.℥ ualet ad mollificāduz oculos. pānū rodit ℥ fūositatē cataracte destruit.℥ clarificat visū

¶ De puluē pauli q ualet ad pānū corrodēdum.

℞ Ecipe viridis eris quā magr facit ꝑ oculis medicādis ℥ thutie alexādrine laborate in p̄° cap° thutiaz.℥ uermes serpētis.aāz.ʒ.iij.coporose cocte.ʒ.j.çuccari cādi.ʒ.j.seis celidonie.ʒ.j.ʒ.ciamomi pfecti.ʒ.ij.pista in mortario p̄dicta sbtilr.℥ cerne cuz panno sbtili.℥ mitte in mortario ℥ tēpera cuz urina pueri hn̄tis tres annos.℥ sit puer bn̄ sanus.℥ duc optime i mortario ℥ ficca ad solē.℥ iterz trita ℥ puluerіça ut dictū est.℥ tēperet cū dicta urina ℥ ficcetur:℥ ita fiat ter.post ℔o tres vices siccetur ℥ pulueriçetur ℥ reponatur.

¶ Capitulus de puluere mamitā qui ualet ad dolorē oculoz.℥ sanguinem rodit.

℞ Ecipe thutie alexādrine cocte in pulmone hirci.ʒ.ʒ.antimonij cocti.ʒ.iij.succi mamitā ficci.ʒ.ij.pulueris sipie.ʒ.j.ℨℨ.pipis longi.aāz.ʒ.ij.oīa ista puluerіçent in mortario.℥ icorporent in succo mamitā ℥ duc bn̄ ℥ sbtilr in mortario.postea ℥.castorei thuris albi.aāz.ʒ.j.℥.ʒ ℥ puluerіça in alio mortario ℥ incorpora cum p̄dictis:℥ duc satis ℥ bn̄ ficca ad solē ℥ repone.

¶ Capm de puluere cobaçel qui ualet ad mollificanduz sanguinē oculoz rodit.℥ lactatas paruas que in oculis nascuntur consumit.

℞ Ecipe sarcocolle cocte in succo pomi citronij. floz mamitā de succis.pipis longi.aāz.ʒ.ij.mamitā.ʒ.iij.coporose cocte.ʒ.j.margaritaz pforataz ℥ nō pforataz.aāz.ℨ.j.ligni aloes brusati sed nō multum.ʒ.j.corticis ligni.ʒ.j.pista quālibet rem per se.ʒ.ʒ. aloes epīci.pistenk ℥ misceank.postea cerne sbtilr sine aliquo adiuncto in hyemali tempore.in estate vō addatur.ʒ.j.çuccari candi.

¶ Explicit liber tertius. Incipiunt capla quarti libri qui dicitur liber de sief.

¶ De sief q ualet ad mollificationem oculorum.℥ pānuz rodit ℥ sanguinem. De eodem.

Capm.ʒ.de sief quod ualet ad destructionē vngule cū de nouo uenit.℥ sanguinē rodit.℥ pdest ad palpebras cum incipiunt rubere.qñ scalebreçātur ℥ pānum rodit.

Capm.4.de sief quod ualet ad mollificationē oculoruz.℥ pānū rodit.℥ pdest ad dolorē palpebrarū ℥ ad inflationem ipsarum ℥ sanguinem.

Capm.ʒ.de sief quod ualet ad rubedinē oculoz.℥ pānuz rodit ℥ sanguinem.

Capm.6.de sief quod ꝓstringit lachrymas ℥ nō permittit apa augmētari.℥ corrodit pānū sbtilē qui est in oculis.

Capm.7.de sief albo constrictiuo ℥ pannum suauiter rodit ℥ sanguinem.

Capm.8.de sief quod ualet ad fumositatē que uenit qñ sol cōplet cursum suū quotidie.℥ nō videt clarū nisi sol oriatur.℥ visuz clarificat ℥ pānuz subtilē rodit ℥ sanguinem destruit ℥ çicatam.

¶ Capitulum de sief qui ualet ad mollificationem oculorum.pannum ℥ sanguinem rodit.

℞ Ecipe ceruse.ʒ.ʒ.℥ laua per nouē vices cū aq̄ rosata:℥ ficcet ad solē:℥ postea.℥.de ista ceruſa.ʒ.ij.fellis hirci ficci.ʒ.ij.rami usti.ʒ.j.gūmi ara.draganti.gūmi oliue:gūmi prunoz ferentiū pruna nigra:siue auosanoz.aāz.ʒ.ʒ.castorei:aloes epīci thuris albi.aāz.ʒ.j.opij margaritaz pforataz:℥ non pfo.cāphore.aāz.ʒ.j. tere q̄libet p se.℥ cernat subtilr.℥ distēpenk cū succo mite ℥ nō mltū molle.sed admodū penidlaz.℥ vnge tibi manū cū oło amigdalarū amaraz.℥ cū manib⁹ duc ℥ fac mādaleōes cū trib⁹ digitis ad modū pedonū de schachis. ℥ miorē poti⁹ q̄z maiorē.℥ vnge sp digitos cū oło p̄dcō.℥ pone eos sic fcōs sup lapidē mamoreū ad ficcādū ad solē ul'alibi i tuto loco.ita q̄ aligd turpe nō cadat sup eos: ℥ cuz vis oparі accipe lapidē cū quo rasoria acuunk ℥ terge ipm optie ℥ laua cū vino ex pte illa i qua uoluerіs ocere sief.℥ postea pone guttā aq̄ ibi sup lapidē:℥ duc sup lapidē sief p̄dcm̄.nō ex pte acuta sz ex alia ℥ duc tātū sup lapidē q̄ uentat ligdū i modū vngti ℥ accipe sup digituz grossum.℥ pone sup ferrū.℥ mitte in oculis. ¶ De eodē.

℞ Ecipe lapis laculi triti bn̄ ℥ sbtilr ℥ ablue p.4.vices i aq̄.℥ ātimonij cocti.lapidis ematitis cocti. aāz.ʒ.ij.radic.rubee tictoz.ℨℨ.fellis porci masculi ficci.gūmi ara.aāz.ʒ.ij.pluerіs plūbi usti.aāz.ʒ.ij.thuris albi.castorei.aloes epīci.aāz.ʒ.ij.lactis herbe q̄ uocat̄ cauda porcina:ul'que uocat̄ cauda ℥ dz eē sic lac.ʒ.j.puluerіça q̄libet per se ℥ cerne sbtilr.℥ tēpa cū lacte cap̄ nō mltū molle nec mltū duz.℥ vngēdo ter manū cū oło de amigdalis amaris.℥ fac mādiliōes ad modū pedonū de schachis cū trib⁹ digitis.℥ oīa de hijs fac ut sup̄ de alijs fecistis excepto q̄ aq̄ suppo^ta i lapidē i istis sit tota ad distēpādū.

¶ Capm de sief q ualet ad destructionē vngle cū de nouo uenit ℥ sanguinez rodit ℥ palpebras cū rubore incipiūt. ℥ quando scalebreçantur ℥ pannum rodit.

℞ Ecipe nitrū laboratū de sbtiliori q̄z potes.℥ nō fit vgatū ℥ pista sbtilr in mortario ℥ tēpa cū succo agreste.℥ duc tātū q̄ qñ tāgis cū digitis nō sē tiet aligd de pluē.℥ septies cū agresta tēpera ℥ septies bn̄ duc.℥ postea desicca ℥ accipe de pluē isto.ʒ.iij.thutie alexādrie laborate.ʒ.ij.℥ tēpa cū uria pueri masculi triū ānorū.℥ in mortario pista:℥ semp duc manib⁹ tātū q̄ qñ teti geris cū digitis nō sētias aligd aspez ℥ postea sumas sal armoniaci dyagridij.aāz.ℨ.j.℥ de stercore pueri hn̄tis tres ānos.℥ fac cōburi in testo sup ignē nec mltū nec parū. Et.ʒ.de pluē illo.ʒ.ij.gūmi ara.dragāti. aāz.ʒ.iij.℥.ʒ. ℥ pluerіçek q̄libet res p se.℥ postea misce ℥ tempa cū aq̄ roz.℥ fac mādiliones.℥ vnge manus cū oleo amigdalaz amaraz.℥ fac in oibus ut supra dictū est.excepto q̄ cum aqua pluuiali debet distēperari sup lapidem.

¶ Capm de sief q ualet ad mollificatiōez ocloz.℥ pānū rodit ℥ dolori palpebraz ℥ ad inflationez ipaz.℥ sanguinē rodit generatum supra oculos.

℞ Ecipe pluerē de corticib⁹ ouoz factū ut dictū est sup̄ de oculis scis ℥ laboratis.ʒ.iij.de amigdalis amaris.gūmi ara.succi memite.thuris al.aāz.ʒ.ij ligni aloes brusati.antimonij cocti.margaritaz nō pfo. aāz.ℨ.j.aloes epīci.ʒ.iij.sarcocolle.ʒ.ij.calami aromatici ʒ.j.quālibet p̄dictoz tere per se.℥ quālibet rez per se cerne ℥ misce simul ℥ reduc in mortario.℥ tēpera cuz succo betonice.℥ fac mādiliones ut dictū supra in p̄mo capło.

¶ Capm de sief qui ualet ad rubedinē oculoruz.℥ pānum rodit ℥ sanguinem.

℞ Ecipe succi mamitā ficci.fenicli ficci aāz.ʒ.ij.thutie alexādrie laborate i succo maiorāe que est i ʒ°ca° thutiaz.ʒ.iij.thuris al.gūmi ara.aloes epīci.dragāti.aāz.ʒ.j.amidi.ℨ.ij.cristalli.ʒ.j.sbtilr q̄libet p se pluerіçek ℥ tēpa cuz succo mirtillue oīa p̄dicta ℥ dimitte stare p vnū diē sic facta.in mane fac mādiliōes.℥ oia ut i p̄dcis fiat.℥ cum aqua rosa.distēpera sup lapidem.

¶ Capm de sief qui ꝓstringit lachrymas:℥ nō dimittit apa augeri.℥ rodit pānū subtilem in oculis.

℞ Ecipe thutie alexādrie que est in ʒ°ca° thutiaz in succo maiorāe.ʒ.iij.rami cōbusti.thuris albi dragāti. gūmi arabici.castorei.aāz.ʒ.j.lapidis ematitis cocti.ʒ.iij.ʒ.sarcocolle.ʒ.ij.margaritarum nō perforatarum.calcine de corticibus ouoz.sanguinis draco. sputi.aāz.ℨ.j.ligni aloes combusti cum sumach.gummi

cerasi.aā.ʒ.ʃ.puluerīçet quelibet res p se subtilr.z mitte ʒ.iij.de sumach ad mollr.in aqua ro.per diez z nocte.postea duc sumach cuz digitis optime in dicta aq̄ z cola dictū sumach cū aqua p̄dicta z sup̄ puluerē p̄dictū in mortario z silr tēpera.z sic tēperatū dimitte p vnū diē uel noctē.z iuncta manu cū oleo ro.fac mandaleones.z postea fac fiel ut sup̄.oia fac ut in p̄mo capl̄o de fiel.

¶ Capl̄m de fiel albo ꝓstrictiuo.z pānum suauiter rodit z sanguinem.

℞ Ecipe de ceruſa lauata in aq̄ ro.ʒ.iiij.calcine de corticib⁹ ouoꝝ z ꝓculaꝝ de scō iacobo de galicia sarcocolle.aā.ʒ.ij.gūmi ara.thuris albi.dragāti aā.ʒ.j.quelibet res terak p se.z puluerīçet sbtilr.z tēperet cū albugine oui z nō multū molle.z fac mādaleones z vnge manum cum amigdalis amaris.z fac oia ut sup̄. distemperando cum aqua pluuiali fiel.

¶ Capl̄z de fiel q̄ ualet ad fumositatē que accidit hoib⁹ qñ sol cōplet cursuz suū nō videt ita clarū nisi sol oriat.z visum clarificat pannum subtilem.

℞ Ecipe suc.mamitā.z celidonie. herbe saponarie.storac.calamite.aā.ʒ.ij.sarcocolle cuz maiorana.vitelloꝝ ouoꝝ.aā.ʒ.iiij.gūmi ara.dragāti aloes epatici.ligū.aā.ʒ.ij.castorei.opij.aā.ℨ.j.z q̄libet diaꝝ rez p se pistet z pluerīçet cū succo foliorꝝ spini albi z fac mādaleones.z semp manꝰ vngat cū oꝛo de amigd̄. amaris.z fac fiel puos.z oia ut dcīm est sup̄ pⁿca⁹ de fiel.

¶ Explicit liber quartꝰ. Incipit̄ capl̄a gnti libri.

Capl̄m pᵐ de collirio q̄ ualet ad fumositatem cataracte.z sanguinē z recentē pānum z visum clarificat.

Capl̄m 2ᵐ de collirio q̄ ualet ad sanguinem rodendum.lachrymas ꝓstringit.calculas remouet z dolorem.

Capl̄m 3ᵐ de collirio q̄ ualet ad destruēdū fumositatē cataracte.sanguinē rodit.dolorē palpebraꝝ remouet.z visum clarificat.

Capl̄m 4ᵐ de collirio q̄ ualet ad p̄dicta.p̄terq̄ ad dolorē palpebrarum.

Capl̄m de ipsius v̄tutib⁹ z ipsius duratione dōm.

Capl̄m 6ᵐ q̄ pānum rodit.z sanguinē z scadorē uel p̄ruritū remouet ab oculis atq̄ sanat.

Capl̄m 7ᵐ de collirio qō ualet ad p̄dicta z minuit apa oculoꝝ uetus redorē et dolorem sedat.

Capitulum 8ᵐ de collirio quod ualet ad idem et minuit apostema uetus.

Capl̄m 9ᵐ de collirio q̄ ualet ad pannum ueterē oculoꝝ corrodēdū.visuz clarificat.vngulas de nouo factas mortificat et sanguinez exīnē per lōgū tp̄s in oculo corrodit.

Capl̄m 10ᵐ de collirio q̄ ualet ꝯ apa oculoꝝ h̄uores constringit.dolorē remouet.z sanguinē rodit.

Capl̄m 11ᵐ de collirio q̄ ualet ꝯ fumositatem cataracte.visuz clarificat.humores flegmaticos liberat.pānū rodit:z reaptat palpebras reuersatas.

Capl̄m 12ᵐ de collirio q̄ ualet ꝯ destructionem cataracte que in oculis descēdit z ip̄os coopit z libat infirmitatez.

Capl̄m 13ᵐ de collirio q̄ ualet ꝯ oculoꝝ pānuz rodēdum destruit cataractas z visum clarificat.

Capl̄m 14ᵐ q̄ ualet ꝯ fumositatem cataracte pānum rodit sanguinē remouet z lachrymas stringit.

¶ Explicit liber 4ⁱ. Incipit lib 5ⁱ de collirijs. Et p⁰ de collirio q̄ ualet ad fumositatē cataracte z sanguinez rodit z recens pannum.z visum clarificat.

℞ Ecipe bacile z terge bñ.z vnge itus ip̄z cū melle p totū z pfode postmoᵐ aliq̄z tulū itra z fac aliq̄z tulū fouee.z sit minꝰ ap̄la q̄z teneat orellus bacil:postmodū accipe de cinē z iple foueā p̄dictā.z mitte de urina pueroꝝ h̄ūtū usq̄ ad sex annos z nō plures.lb̄.j.z mitte in bacile desup z fac ita planare bacile q̄ uēt⁹ nō itret de subt⁹.z in capite duoꝝ mitte sup̄ cinerē de urina p̄dicta z remitte bacile desup ut dictū est.z b̄ facto p nouē dies. postea.℞.celidonie mille folij.que uocat herba serena.apij.betonice.eufragie.saluie.aā.ℨ.j.z istas radices ablue.z a putredie mūda eas aliq̄z tulū pista.z uolue bacile p̄dictū.uel accē.ip̄m.z accē. optimi vini albi.lb̄.ij.z mitte in bacile:z accē.herbas dictas z radices pone in bacile cū dicto vino z duc tātū it⁹ q̄ bacile cū p̄dictis herbis z radicib⁹ q̄usq̄ virtde q̄ recipit bacile fit destructū z p̄dicte herbe cū radicibus sint trite.z dimitte postea cū reb⁹ p̄dictis bacile ad serenuz p iij.noctes.z caue ne pluat intus.postea.℞.de dicto vino sic facto medietatē z cola i captia rami.z aliā medietatē dimitte in bacile.postea.℞.ℨ.ʃ.optimi aloes puluerīçati.z accē.captiā p̄dictā z pone sup̄ ignē.z cū ieipit bullire tolle ab igne.z dimitte intus dictū pluerē de aloe z duc cuz martello siue pistello optime.z dimitte gelcē donec infridet.postea.℞.cāphore.ℨ.j.z cū vino q̄ remāsit in bacile bñ colato claꝝ solū tēperet cāphora p̄dicta z mitte vinū p̄dictū totū talr factuz in uase vitreo uel āpulla.

¶ Collirū q̄ ualet ad sanguinē corrodēdū lachrymas stringit.liptudinē remouet z dolorem.

℞ Ecipe.ℨℨ.bñ mūdati.curcume.ciamomi optimi.aā.ʒ.ij.z postea.℞.vini albi.lb̄.j.z pista speries p̄dictas.z mitte in vino p̄dicto in captia rami z mitte sup̄ ignē.z dimitte paꝝ bullire.postea ℞.thutiā argētinā que est pluis de mūctorio.ℨ.ij.z liga optime i petia.ita q̄ nō liget ꝓpe thutiā.sed ab ea aliq̄ztulum distet:z cū fuerit p̄dictū vinū bullitū cuz spēb⁹ ab igne tollat.z accē.dictā thutiā z mitte it⁹ petiā cuz dicta thutia.z retine petiā cū manu tua.z duc it⁹ per vinū p̄dictū satis.z exhe petiā z expme intus in vino.z b̄ fac multotiēs quo usq̄ videbis exire totū albū. sbaz que remanet in petia p̄jce.z dimitte stare per diem z noctem.z in mane cola claruz subtiliter.z reponat in uase vitreo.z pone in oculis cum fuerit necesse.

¶ Collirū qō ualet ad destruēdā fumositatē cataracte.sanguinē rodit.dolorē remouet palpebraꝝ z visū clarificat.

℞ Ecipe celidonie.berbene.betonice.matris violaꝝ.z foliorꝝ fenicli.aā.ʒ.ij.postea accē.uas terreū factū ad modū urinalis vitreatū iterⁱ⁰ z mitte dictas herbas in dicto uase.z pone sup̄ dictū uas alembicū vitri cū quo fit aq̄ ros.z obtura bñ circūcirca ita q̄ fumus dictaꝝ herbaꝝ nō possit exprare nisi p os alēbici z post accē.cacabuz de ramo.z mitte intus aquā ita q̄ sit q̄si plenū.z postea accē.dictū uas cuz herbis z alēbico ita ꝓparata ut dictū est:z pone in dicta aqua:ita q̄ uas p̄dictū stet iclinatū.z usq̄ ad mediū stet sub aqua z residuū uasis cū alembico stet ita q̄ illud qō egredit p pipiū alēbici possit colligi in ampulla.z cū videris q̄ dicta aqua ueniat de fumo qō scire poteris per odorē exhe uas z pij ce herbas.z aqua ampulle pone ad solez z dimitte stare per.iij.dies.z stet os ampulle apertū ut fum⁹ dicte aque purget per ignem celestē.z postea.ℨ.j.cāphore z eā distempera cū aliquātulo dicte aque in mortario uel scutella vitreata.z mitte cāphorā sic ꝓparatā in dicta ampulla. z obtura dictam ampullam cum cera z dimitte stare ad solem per duos dies z repone.

¶ Collirium qō ualet ad p̄dcā p̄terq̄ ad dolorē palpebraꝝ.

℞ Ecipe ruthe.radic̄.feniculi.herbe cortādri.berbene.betonice.uermicularis.portulace siluestris. semp̄uiue.oculi christi.aā.ℨ.j.exhe aquaz ad modū tam supius dictū z mitte ad solē per tres dies.z coque ut dictū supra.z postea.℞.ℨ.j.z quartā castorei z de macra que est intus.z tere in mortario.z tēpera cū dicta aqua z mitte ad solem.z fac in oib⁹ ut dcīm est:z repone.

¶ Collirium q̄ ualet ad destruēdū fumositatē cataractaꝝ. z sanguinē rodit.dolorē palpebraruz remouet.z visum clarificat.

℞ Ecipe celidonie.apij.herbe cortādri.betonice. millefolij.memite.uermicularis.aā.ℨ.j.foliorum spini albi. foliorum vue siluestris.aā.

ℳD.j.ꝛ mitte in urinali terreo dictas herbas cum.ʒ.j.ſca monee.ꝛ extrahe aquã ut ſuꝑ dictũ eſt ꝓximo 3°cap°.in oſb°ꝛ per oia.ꝛ ualet ℔ collirũ ad purgatiões oculoꝝ: ꝛ facit lachꝛymare oculos ꝛ purgat malos hu.ꝛ palpebꝛas liuidas ſanat.colliria que ſunt in iſtis uaſis uel urinalib⁹ durãt multum ꝛ non deuaſtant per annos.

¶ Collirium qꝫ pãnũ rodit ꝛ ſanguinẽ ꝛ ſcadorẽ uel pꝛuritum remouet ab oculis atqꝫ ſanat.

℞ Ecipe thutie .ʒ.ſ.ꝛ tere optie in mortario.ꝛ.ꝝ.lb̃ꝛ.j.optimi vini albi acerbi ꝛ mitte aliquantulũ de dicto vino in dicta tuthia ꝛ duc optime ꝛ ſuper tũge vinũ parũ ꝛ iterum duc bñ: ꝛ tantũ fac hoc quouſqꝫ totũ vinũ mittaꝫ itus.ꝛ poſtea.ꝝ.in captia rami ꝛ fac bullire ad ignẽ:ꝛ cũ erit bullituꝫ remoue ab igne:ꝛ hẽas paratas.ʒ.ij.aloes epatici optimi:ꝛ mitte ſtatim cũ accepis in dicta thutia ꝛ duc bñ ꝛ dimitte infrigidari ꝛ pone in ampulla ꝛ repone ꝛ uſui reſerua.

¶ Collirũ qꝫ remouet apoſtema oculoꝝ ꝛ dolorem emigraneum liberat ꝛ ſanat.

℞ Ecipe de radic̃.feniculi ꝛ apij ꝛ folijs ru,ꝛ celi. aũ.ℳD.j.ꝛ piſta ꝛ mitte in bacile cũ lb̃.ij.optimi vini albi acerbi:ꝛ dimitte ſtare ad ſerenũ ꝑ tres noctes:poſtea cola vinũ clarũ dcñ ꝛ mitte in captia rami ꝛ.ꝝ.ʒ.j.optimi aloes epatic̃.puluericati:ꝛ mitte dictum vinũ ad ignẽ:ꝛ cũ bullierit.ꝝ.dictũ puluerẽ ꝛ mitte ibi. ſed anteqꝫ ponaꝫ dictus puluis remoueaꝫ ab igne ꝛ ducaꝫ ſatis ꝛ dimitte infrigidari ꝛ repone in ampulla.

¶ Collirũ qꝫ ualet ad tdẽ ꝛ minuit apa uetus.

℞ Ecipe thutie alexãdrine.ʒ.j.aloes epatici.ʒ.ij. puluericꝫ:ꝛ poſtea.ꝝ.cç.bñ mũdati ꝛ curcume pipis lõgi.aũ.ʒ.j.ꝛ piſta bñ in alio mortario.poſtea.ꝝ.lb̃.j.ꝛ.ſ.optimi vini albi acerbi ꝛ miſce puluerez de ſpẽb⁹ ꝑdictis cũ dicto vino ꝛ fac bullire ad ignẽ:ꝛ cola cal'm dictũ vinũ cũ dictis ſpẽb⁹ faciẽdo cadẽ dictũ vinuꝫ in mortario ubi eſt puluis thutie ꝛ aloes:ꝛ ſemp duc optime ꝛ dimitte:ꝛ acc̃.ℑ.j.cãphore ꝛ cum dicto collirio in mortario diſtẽpera:ꝛ in vitreo uaſe repone.

¶ Collirũ qꝫ ualet ad pãnũ ueterẽ rodẽdũ:viſum clarificat:vngulas de nouo factas mortificat:ꝛ ſanguinem exiſtentem per longum tempus rodit.

